


DE APULEIO ISIACORUM MYSTERIORUM TESTE.

K. H. E. DE JONG.

DE APULEIO ISIACORUM MYSTERIORUM TESTE.

DE APULEIO ISIACORUM MYSTERIORUM TESTE.

SPECIMEN LITTERARIUM INAUGURALE

QUOD

ANNUENTE SUMMO NUMINE

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

JAN EGENS VAN ITERSON J. A. FIL.

MED. DOCT. IN FACULTATE MEDICA PROF.

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS LITTERARUM ET PHILOSOPHIAE DECRETO

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN LITTERARUM CLASSICARUM DISCIPLINA
HONORIBUS ET PRIVILEGIIS

IN UNIVERSITATE LUGDUNO-BATAVA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS FACULTATIS EXAMINI SUBMITTET

KAREL HENDRIK EDUARD DE JONG,

EX OPPIDO BIEBRICH A. R.

DIE VIII M. DECEMBRIS MDCCCC HORA III.

LUGDUNI BATAVORUM
APUD E. J. BRILL.
MDCCCC.

TYPIS E. J. BRILL.

MATRI.

PRAEFATIO.

De Isiacis disputare mysteriis cum animum induxerim, paucis certe indicare necesse est, quam viam ac rationem secuturus sim in rebus hisce paulo obscurioribus et investigandis et exponendis.

Primum hoc monitum velim candidum lectorem, non de vetustissima Aegyptiorum hic agi religione, sed de illo cultu ex Aegyptiacis Graecanicisque caerimoniis mixto, qui, volventibus annis, Romani imperii pervasit regiones. Itaque non tam Aegyptologorum, ut verbo novitio utar, de diis deabusve lucubrationibus, — quamquam et inde multa me didicisse minime infitias ibo —, sed Lafaei praesertim libro „de deorum Alexandrinorum cultu a Ptolemaeo rege ad Antoninos imperatores" [1]) atque Drexlerii „de Isidis apud Graecos Romanosque cultu" monographiae, quae Lexico

1) G. Lafaye, Histoire du culte des divinités d'Alexandrie hors de l'Égypte (1884).

inserta est Roscheriano [1]), quantulamcumque hancce superstruxi disputationem.

Atque de teletis Isiacis, quomodo aetate celebratae sint imperatoria, nusquam plura, nusquam fide digniora, quam undecimo Metamorphoseon ab Apuleio conscriptarum libro, memoriae esse mandata, inter omnes convenit. Ibi enim auctor venerandis et ipse initiatus penetralibus, quae ante initiationem quaeve post usitatae fuerint caerimoniae, copiose eleganterque descripsit. Ibi et sacra in nocte, quomodo ad mysticam pervenerit beatitudinem, paucis licet atque ambiguis verbis, indicavit. Sunt autem haec:

„Accessi confinium mortis et calcato Proserpinae limine vectus per omnia elementa remeavi. Nocte media vidi solem candido coruscantem lumine. Deos inferos et deos superos accessi coram et adoravi de proxumo" [2]).

Hisce igitur imprimis verbis, quibus initiationis continetur secretum, explicandis, opera navanda est, et librorum adhibito testimonio, et lapidum.

Sed reverane gemmae, statuae, tabulae votivae, ruderaque aedium Isiacarum [3]) hac in investigatione magno sint subsidio, dubitari potest. Ut enim mittam, non integras semper res, sed fragmenta plerumque inveniri, quae novis saepius nos implicent erroribus, quam veteribus solvant; ut mittam, quae vix auribus oculisque committerentur initiatorum, ea nec lapidibus temere esse commissa [4]); nonne

---

1) Drexler i. v. Isis. Lex. Rosch. tom II, p. 373—548.

2) Apulei Metam. lib. XI, 23. Ed. v. d. Vliet.

3) Templi, in quo sacris initiatus est Apuleius, nulla vestigia supersunt. Attamen indiciis, quae ipse Apuleius praebet, cum reliquiis cum Pompeianae Isidis aedis tum Eleusinii Cereris templi, compositis, nonnulla de eo statui posse opinatur v. d. H. J. Boeken in Adnotat. ad. L. Ap. Met. libr. XI, p. 107. Verum cum in re archaeologica hospitem me esse libenter fatear, de coniectura, quam p. 109—118 profert, iudicium ferre supersedebo.

4) Cf. e. g. de Mithriacis mysteriis ac de monumentis effossis F. Windisch-

et hoc opinione praesumere licet, multa in mysteriis fuisse, quae nec lineis adumbrari possent, nec depingi coloribus?

Maior in librorum monumentis, etsi ipsorum nonnisi raro fit mentio mysteriorum Isiacorum, ponenda est spes. Scilicet cum alii, tum illi praesertim, Platonis qui addicti fuerunt placitis, in rebus Aegyptiacis Isiacisque caerimoniis tam versati erant, ut ex scriptis eorum quaedam certe et hisce de mysteriis vel efficere liceat vel coniicere. Nec non et ea, quae de aliis innotuerunt teletis, ad Isiacas teletas quandoque adhibere possumus illustrandas, quamquam magnopere hic cavendum est, ne diversi generis res inter se confundamus atque permisceamus.

Ordinem autem disserendi hunc mihi proposui: Primum virorum doctorum de Isiacis mysteriis recensebo opiniones, ut quam optime appareat, quonam in statu versetur quaestio. Qua in re perquam doleo, quod duo libri, quos libenter inspexissem, Jaeglei dico dissertationem inauguralem „de Apuleio mysteriis ter initiato" [1]) Boulagiique disputationem „de Isidis mysteriis" [2]), ad manus non fuerunt. Atque de Jaeglei dissertatione pauca quidem ex editione auctiore, quam operis Sancruziani „de paganorum mysteriis" curavit DE SACY, efficere potui; Boulagii vero libri nec volam unquam inveni nec vestigium. Deinde quare virorum doctorum

---

MANN a. 1857 in „Abhandlungen für die Kunde des Morgenlandes" D. M. G. I, IV: „— unsere Kenntniss aber von der ursprünglichen Bedeutung Mithras und seiner Festgeheimnisse würde meines Erachtens dadurch (sc. monumentis effossis) *keine grosse Erweiterung* gewinnen", et octo ferme lustris post CUMONT i. v. Mithras, Lex. Rosch. tom II, p. 3062: „Die Einzelheiten der verschiedenen Ceremonieen, die durch das Ritual vorgeschrieben waren, werden uns leider durch die Anlage der Örtlichkeiten *nicht* enthüllt." Cf. et quae de Bacchicis mysteriis observavit E. THRAEMER i. v. Dionysus, Lex. Rosch. tom I, p. 1149.

1) J. J. JAEGLE, De L. Apuleio Aegyptiorum mysteriis ter initiato. Argentorati 1786.

2) T. P. BOULAGE, Des mystères d'Isis, Paris 1820.

coniecturis quaestio ad finem nondum perducta videatur, exponendum est. Denique de Apuleianis, quae supra attulimus, verbis singillatim erit disceptandum. Quodsi tenebras, quibus obvoluta sunt mysteria, etsi non plane me dissipasse, quadam tamen ex parte illustrasse, aequi censebunt iudices, prospere opus mihi cessisse arbitrabor.

§ 1.

Quicunque de mysteriis investigare aliquid cupit, primum is adeat oportet Sancruzium, qui primus, quae de sacris arcanis apud antiquos legimus scriptores, uno volumine complecti atque in ordinem digerere conatus est[1]). Namque et nunc, licet veteribus monumentis effossis, multa a narrationibus antiquitus traditis discrepantia innotuerint, licet multo accuratius circumspectiusque in res inquiramus, liber ille „de paganorum mysteriis" aliquam tamen habet utilitatem, cum nonnulla contineat collecta quae alibi non nisi sparsa invenias.

De Isidis autem cultu quae disputat Sancruzius[2]), omnia fere ex undecimo Metamorphoseon libro desumit, quaeque copiose enarrat Apuleius summatim repetit, de suo pauca tantum addens, neque ea valde probabilia. Sic e. g. in urnula aurea, quam summi numinis venerandam effigiem appellat Madaurensis[3]), phallum fuisse abditum suspicatur Rech. s. l. myst. p. 478 sq., quod nec e contextu sequi, nec argumentis aliunde petitis probari posse iam observavit Lenzius, qui Sancruzii opus germanice vertit[4]). Nec non et Silv. de Sacy, qui auctiorem libri curavit editionem, opinionem Sancruzii impugnavit[5]), ut ferme caput de Isiacis egregie emendavit.

1) Sainte-Croix, Recherches historiques et critiques sur les mystères du paganisme (1784).

2) Rech. s. l. myst. p. 473—491.

3) Met. XI, 11.

4) Lenzii versio mihi ad manus non erat, sed cf. Rech. s. l. myst. ed. em. a Silv. de Sacy, tom. II, p. 158 adn. 2).

5) Rech. s. l. myst. l. l. Notandum tamen est, nec Sacium, dum Sarapidem

Sed, missis ambagibus, videamus, quomodo Sancruzius obscura illa atque ambigua verterit verba, quibus Apuleius sacrae noctis arcana indicavit potius quam evulgavit:

„Accessi confinium mortis et calcato Proserpinae limine, vectus per omnia elementa remeavi. Nocte media vidi solem candido coruscantem lumine. Deos inferos et deos superos accessi coram et adoravi de proxumo."

„Je me suis approché des confins de la mort. Ayant foulé aux pieds le seuil de Proserpine, j'en suis revenu à travers tous les éléments. Au milieu de la nuit, le soleil me parut briller d'une lumière éclatante; j'ai été en présence des Dieux supérieurs et inférieurs et je les ai adorés de fort près" [1]).

Qua in interpretatione illud „le soleil me parut briller" minus placet, quoniam textus latinus praebet „vidi solem", non „sol mihi visus est", sed „proxime" illud optime versum est „de fort près". Denique dii superi, lapsu puta calami, ante deos inferos commemorantur. Quodsi quis nodum me quaerere in scirpo contendat, ei hoc contra observatum velim, in verbis tanti momenti vertendis summam diligentiam esse adhibendam, ne, levi commisso errore, in graviora incidamus vitia.

Quod ad interiorem huiusce loci attinet sensum, Sancruzius dura subiisse tentamina initiatos, eo probari putat, quod, caerimoniis nocturnis peractis, stola induebantur olympiaca. Tum animi immortalitatem in mysteriis esse traditam ex illo „Accessi confinium mortis et calcato Proserpinae limine" elicit [2]), nec non et pantheismo suum fuisse in

---

hic commemorat, rem acu tetigisse; de aqua e Nilo hausta agitur, cf. HILDEBRAND ad Met. l. l.; cf. et LAFAYE, Hist. du culte des div. d'Alex. p. 115 et p. 300.

1) Rech. sur les myst. p. 482.

2) Rech. sur les myst. p. 486: „Lorsque Lucius dit qu'il arriva aux

esoterica doctrina locum pro rato habet [1]). Denique eo consilio Apuleium in maius celebrasse mysteria Aegyptiaca, ut Christianae religionis cohiberet progressum, a veritate non abhorrere opinatur [2]). Quam Sancruzii coniecturam in dissertatione de Apuleio mysteriis ter initiato sustinuit Jaegle, sed reiecit de Sacy [3]).

---

confins de la mort, et foula aux pieds le seuil de Proserpine, n'est ce pas une allégorie assez claire des craintes, dont il s'imaginait être délivré par son initiation?"

1) Rech. s. l. myst. p. 484.

2) Rech. s. l. myst. p. 500.

3) Rech. s. l. myst.[2] tom. II, p. 173 adn. 2). Cf. et H. J. Boeken, Adnotat. ad L. Ap. Met. libr. XI, Prooem. p. 1.

§ 2.

Sancruzii novem per lustra mansit immota auctoritas, donec, notissimo illo libro, cui titulus inscriptus est „Aglaophamus, sive de theologiae mysticae Graecorum causis" in lucem emisso, quaecumque in Sancruzii opere minus probanda sunt, vehementer impugnavit Lobeckius, firmumque tandem posuit fundamentum, cui tutius in posterum inaedificarent philologi. Etenim non solum indefessa industria vel ex reconditissimis angulis omnia, quae ad sacra pertineant mystica, collegit undique, sed etiam ad quod mysteriorum genus referenda essent singula, incredibili indagavit sagacitate.

Cum autem Lobeckius, occasione oblata, de peregrinis quoque copiose disserat teletis, cumque, ut ita dicam, thesaurum rerum mysticarum collegerit, spes mihi affulsit, posse inde quaedam fortasse et in huiusce disputationis usum converti, nec spes me fefellit. Nempe in decima quinta primi libri paragrapho ipsa αἰνιγματώδη illa Apulei verba explicare conatur, nec procul afuit, si quid video, quin scopum feriret. Sed diversi generis res, quod magnopere dolendum, hoc loco inter se confudit atque permiscuit, ita ut explicationis indigeat explicatio. Atque cum locus e contextu sic temere evelli non possit, pauca de tota paragrapho, quorsum tendat, praefanda sunt.

Agitur de magnorum quae Eleusine celebrabantur mysteriorum παννυχίδι vehementerque perstringit Lobeckius San-

cruzium Sancruziique pedisequos, quod ornatus magnificentiae apparatusque splendori nimium tribuerint. Sed ipsum potius audiamus Lobeckium adversarios sic aggressum [1]:

„Postremo omnia, quae mystarum apud Aristophanem chorus Elysius de sedibus suis praedicat, initiatis ante oculos posita esse contendunt (sc. SANCRUZIUS, DE SACY, CREUZERUS). Cur igitur omittunt illud magnificentissimum

Ἀεὶ μὲν ἡμῖν ἥλιος
καὶ φέγγος ἱλαρόν ἐστι,

cur Apulei obliviscuntur hoc idem spectaculum sibi in penetralibus oblatum testantis? „Accessi confinium mortis et calcato Proserpinae limine per omnia vectus elementa remeavi, nocte media vidi solem candido coruscantem lumine, deos inferos et superos accessi coram." Hoc solum est, quod ad ornatum scenae mysticae non adhibent neque audent contendere, illam sacram noctem diurni sideris facie illuminatam esse, si minus vera et naturali, certe adumbrata."

Tum veteres eiusmodi adminiculis facile supersedisse contendit, utpote ea, quae videre et cernere non possent, mentibus informare solitos. Sic cum illi versus recitarentur in scena:

Δύεται σημεῖα καὶ ἑπτάποροι
πλειάδες αἰθέριαι, μέσα δ' αἰετός
οὐρανοῦ ποτᾶται —
οὐ λεύσσετε μηνάδος αἴγλαν;

spectatores moleste non tulisse, quod ea non viderent, quae monstrarentur a cantoribus. Sic in teletis quoque theurgicis multa non ad spectandum proposita, sed pro spectatis accepta fuisse. Atque hac de re ad decimam quartam nos ablegat paragraphum, ubi de theurgia fusius disputavit. Neque in-

1) Aglaophamus tom. I, p. 117 sq.

firmum sane est Pselli Byzantini quod adhibet, testimonium [1]): *Αὐτοψία ἐστὶν ὅταν αὐτὸς ὁ τελούμενος τὰ θεῖα φῶτα ὁρᾷ, εἰ δὲ οὗτος μὲν οὐδὲν ὁρᾷ, ὁ δὲ τὴν τελετὴν διατιθέμενος αὐτοπτεῖ τὸ φαινόμενον, ἐποπτεία τοῦτο πρὸς τὸν τελούμενον λέγεται.* Ps. p. 82. Quod saepissime in magicis evenisse conventiculis, cum e multis multorùm testimoniis, tum et ex notissima illa, quam sancta praebet scriptura, narratione de Pythonissa patet Endoreana. Ipse enim Saulus Samuelem non videt, saga vero senem se videre e terra ascendentem diploidemque indutum affirmat. Habet rex fidem mulieri atque eius e verbis re vera venisse Samuelem coniicit.

Mox Lobeckius aliam init expediendae molestiae rationem. Idem scilicet simulationis genus a mysticis sacris alienum non fuisse contendit, quod in sacris publicis usurpatum fuisse observavit Servius ad Aen. II, 116: „Virgine caesa, non vere, sed ut videbatur; et sciendum in sacris simulata pro veris accipi; unde quum de animalibus quae difficile inveniuntur, est sacrificandum, de pane vel cera fiunt et pro veris accipiuntur — et in templo Isidis aqua sparsa de Nilo esse dicebatur" [2]). Refert et alia eiusdem generis exempla Lobeckius, neque dubito, quin plurima possint referri; sed nihil commune habent cum illa in theurgicis teletis autopsia, de qua supra vidimus. Aliud enim est, pro ipsis rebus commenticia rerum simulacra sensibus obiici spectatorum, aliud, res mentibus tantum eorum informari, omisso omni sensuum testimonio.

At Lobeckius haec eum in modum conturbavit, ut Apulei locum quomodo acceperit, pro certo statuere non liceat. Namque ex dubiis rebus atque inter se pugnantibus certi aliquid qui efficias? Attamen, si, quae statim loco laudato addiderit, haec sc.

1) Agl. tom. I, p. 107.

2) Cf. et Serv. ad Aen. IV, 512.

„Hoc solum est, quod ad ornatum scenae mysticae non adhibent, neque audent contendere, illam sacram noctem diurni sideris facie illuminatam esse, si minus vera et naturali, certe adumbrata,"

haec si considero, eo deducor, ut credam Lobeckium Apuleiana illa verba non sic interpretari voluisse, quasi e. g. fax pro sole monstraretur initiatis, sed ut initiati ex hierophantae verbis solem se videre clamantis, solis imaginem sibi informarent. Qua in re procul dubio, opinor, habuit Lobeckius, bono Madaurensi verba dedisse sacerdotem astutulum.

---

§ 3.

Et illorum librorum, in quibus vel certi cuiusdam vel omnis generis res ordine alphabetico dispositae a diversis tractantur scriptoribus, ratio habenda est, cum ex iis quam maxime quaenam omnino virorum doctorum sit de rebus opinio, cognoscatur. Adii igitur Encyclopaediam Ersch- et Gruberianam, sed nihil ibi in voce „Isis" de Isidis inveni mysteriis; adii et Paulianam, sed vacuis et inde discessi manibus. Quippe vir doctissimus Georgii de rebus Isiacis, quod ad cetera attinet, copiose disputavit, de mysteriis non item. Paucis enim initiationis caerimoniis relatis, verba laudat Apuleiana „Accessi etc" atque ex iis nescio qua interpretationis arte elicit, sacra in nocte pompas esse celebratas adspectu horribili [1]). Cetera lectori, ut pro libidine sibi fingat, permittit.

Plura de mysteriis in dissertatione legimus inaugurali, quam „de Isidis apud Romanos cultu" conscripsit Reichelius. Qui Aegyptiacos ritus cum Graecis ritibus, Isidemque cum Cerere comparans, a Cereris quidem teletis longe diversa tendere Isiaca affirmat mysteria [2]):

„— sacra enim, quae antea pio animo observata erant, in unius numinis cultu comprehenderunt, atque naturae crescentis semper iterumque deficientis constantem sibi ordinem numen esse demonstrarunt, quo facto deorum cultus

1) Enc. Paul. tom. IV, p. 296: „Während der Nacht schauerliche Aufzüge."
2) De Isidis apud Romanos cultu p. 46 sq.

non solum non propagabant, sed etiam abolere conabantur, quum, quod ipsam dicentem introduxit Apuleius deam (Met. XI, 5) omnes uno Isidis cultu continerentur. Novissimam ergo antiquae religionis aperuit rationem, quo facto dei panthei inventi artibusque fingendi exsculpti sunt. Hoc tamen negari nequit, sacerdotes mysteria sua Eleusiniis admodum similia sensim fecisse [1]), quod sine periculo facere potuerunt, quum Cereris Eleusiniae sacra tanto opere vetusto cultus loco essent affixa, ut in aliam urbem transferri non possent" [2]).

Iam ad ipsa transeamus sacrae noctis arcana, quae explicare satis confidenter aggreditur Reichelius. Putat enim „nos omnia scire, quamvis auctori, tanquam nonnulla tacuerit, simulare placeret" [3]). Scilicet „quae ibi (i. e. in penetralibus) se vidisse crederet Apuleius, cum utrum aperiret necne dubius esset, tamen scriptoris illius loquacitati hanc debemus de mysteriis notitiam: „Accessi, inquit, confinium mortis..." [4])." Denique, omnibus perpensis, rationem sic concludit philologus:

„Tota ex arcanorum rituum descriptione cognovimus sacerdotes tironum oculos modo luminis candore, modo noctis caligine turbasse; elementa autem, per quae vehatur Apuleius superorum inferumque sedes deorum Isidem unicam deam nutu suo ac numine moderari, ipsa, quae Apuleio conspicua facta est dea, affirmavit" [5]).

En penetralia soluta, en nocturna mysteria diei luce collustrata! Verum tamen manent quae male nos habeant.

1) Cf. Ouvaroff, Essai sur les mystères d'Eleusis, p. 57: „Les Éleusinies paraissent avoir été le modèle, sur lequel on avait calqué les Mystères d'Isis, du moins sous le rapport des pratiques extérieures."

2) Manifeste hic errat Reichelius, cf. Maury, Hist. des rel. d. l. Gr. ant. tom. II, p. 368—373. Cf. et Stengel, Die gr. Kultusaltertümer, p. 125.

3) De Is. ap. Rom. cnlt. p. 59.

4) De Is. ap. Rom. cult. p. 61.

5) De Is. ap. Rom. cult. l. l.

Etenim si consideramus, quanta religione antiqui mysteria evulgare vitaverint, haud facile nobis persuadebimus, Apuleium unquam animum induxisse ut silentii fidem violaret. Nec loquacitatis vitio verba ei de sanctissimis teletis excidisse existimabimus, sed lepidum scriptorem verba consulto sic disposuisse, ut excitaret potius curiositatem, quam satiaret. Tum illud „nocte media vidi solem" minus eleganter esse explicatum censebimus. Denique ingenue fatebimur, nos ne nunc quidem, quomodo Apuleius per omnia vectus sit elementa, nec, quomodo infernas adierit sedes cognitum habere.

Ergo alios adeamus philologos, maioremque ab iis expectemus lucem. Ac praebuit lucem maiorem vir doctissimus Schömann, qui notissimo illo de antiquitatibus Graecis libro disciplinam, maiestate salva, pervulgavit [1]). Is enim licet et ipse Isiacas teletas idem spectasse ac Cereales pro certo habuerit [2]), hoc tamen inter se diversa fuisse rectissime observavit, quod illis singuli, his uno eodemque tempore multi initiabantur [3]). Quod quanti sit in hac disceptatione momenti, et opinione praeiudicare licet, et postea fusius exponetur.

---

1) G. F. Schömann, Griechische Altertümer² tom. II, p. 388—392.

2) Gr. Alt.² tom. II, p. 390: „Was nun aber den eigentlichen Inhalt der Isismysterien betrifft, so ist ohne Zweifel anzunehmen, dass er im Wesentlichen mit dem, was sich von dem Inhalt der Eleusinien erraten lässt, gleichartig gewesen sei, nur dass statt der Demeter, der Persephone und des Iakchos die ägyptischen Götter Isis, Osiris und andere gefeiert wurden, die mehr oder weniger mit jenen identificiert oder als die wahrhaftere und entsprechendere Darstellung ihres Wesens angesehen wurden."

3) Gr. Alt.² tom. II, p. 391: „Die Einweihung — konnte offenbar nicht Vielen zu Teil werden — Es wurden also nicht, wie bei den Eleusinien, viele Hunderte zugleich, sondern immer nur Einzelne eingeweiht."

§ 4.

G. Boissier, ubi in doctissimo de rebus divinis apud Romanos a divo Augusto ad Antoninos libro et Isidis operam navat sacris [1]), cum toti Apulei narrationi, tum loco illi de sacra nocte plurimum tribuit. Ut ipsum audiamus Boissierium:

„Ces mots énigmatiques sont peut-être encore ce qu'il nous a été dit de plus clair sur les mystères. En les rapprochant des autres indiscrétions fort obscures que les écrivains anciens ont commises, on peut entrevoir la nature des secrets, qu'on révélait aux initiés et la façon dont on les leur faisait connaître" [2]).

Nec, quomodo hoc factum sit, coniicere recusat.

„L'initiation était vraiment un drame mystique, comme l'appelle un Père de l'Église; on y jouait les légendes sacrées plus encore qu'on ne les racontait" [3]).

At Clemens, cum dicit Δηὼ δὲ καὶ Κόρη δρᾶμα ἤδη ἐγενέσθην μυστικόν, Protr. II p. 12 Ed. Pot. Eleusinia mysteria spectat, non Isiaca, cumque in quinto Stromateon libro Aegyptiacorum mysteriorum mentionem facit, de arcana doctrina multa, de scenicis repraesentationibus nihil refert.

Itaque Apuleium per se potius spectemus, atque a Boissierio quemadmodum sit explanatus, videamus:

1) G. Boissier, La religion Romaine d'Auguste aux Antonins tom. I, p. 396—425. Cf. ed. quart. tom. I, p. 373—379.

2) La rel. Rom. tom. I, p. 419. Cf. ed. quart. tom. I, p. 375.

3) La rel. Rom. tom. I, p. 421. Cf. ed. quart. tom. I, p. 376.

„Les dieux y (sc. in mysteriis) étaient présents, figurés par leurs prêtres; ils apparaissaient au bruit des instruments de musique, au chant des hymnes, à la lumière de ces mille flambeaux, dont l'éclat faisait penser qu'on voyait le soleil resplendir au milieu de la nuit. L'âme émue par ces alternations de silence et de bruit, de ténèbres et de lumière, qui rendent l'illusion facile, croyait les voir et leur parler" [1]).

Verba igitur „nocte media vidi solem" eodem modo ac Reichelius explicat Boissier, sed verba „vectus per omnia elementa", quae inexplicata reliquit Reichelius, nec Boissier explicare conatur. Ceterum hanc satis aperte de mysteriis profitetur opinionem, scenico apparatu stupefactos spectatores, pro ipsis diis habuisse sacerdotes.

---

1) La rel. Rom. tom. I, l. l. Cf. éd. quart. tom. I, l. l.

§ 5.

Plane diversam de Isiacis mysteriis protulit sententiam BURCKHARDT nec tamen minus dignam, quam accurate recenseamus. Namque BURCKHARDT, cum non in parte quadam disciplinae consumeret tempus, sed totam complecteretur disciplinam, rebus inter se ingeniose comparatis multa quae alios latuerant sagaciter indagavit, multisque de rebus popularem opinionem mutavit. In libro autem de Constantini Magni aetate, cum et de rebus divinis quid senserint illius temporis homines exponit, arcanum Isidis cultum qui toto florebat imperio Romano cum solemnibus quae ipsi celebrabant Aegyptii, uno loco non esse habendum recte monet [1]). Ceterum perdifficile esse, interiorem mysteriorum eruere sensum, cum omnino Aegyptiacae deae apud Romanos cultus non eadem semper fuerit forma. Denique quidquid de Isiacis cognosci possit, ex undecimo Metamorphoseon libro efficiendum esse, licet hic quoque in incerto versemur, utrum Apuleius ex ordine enarraverit omnia an philosophi in modum de suo quaedam addiderit. Hoc tamen certo certius constare, beatam et illa pollicita esse mysteria immortalitatem; sed quid intimis in adytis dictum sit, quidve factum, hoc semper nos lateat necesse esse. Lucio nihil profanis indicare licuisse, nisi quod symbolice sedes adierit inferas, Isidisque benigno revixerit favore. Sed locum prae-

---

1) J. BURCKHARDT, Die Zeit Constantin's des Grossen [2] p. 195.

stat Burckhardtii exscribere, ne forte verbum aliquod male interpretando in errorem inducamus lectorem. Hoc autem apud virum doctissimum legimus [1]):

„Von den Aufzügen und Erscheinungen, die dem Mysten zu Teil wurden, darf Lucius nur so viel andeuten, dass er symbolisch sterben und durch die Gnade der Isis wieder aufleben musste (precaria salus). „Ich durchschritt die Pforten des Todes, ich betrat die Schwelle der Proserpina, und nachdem ich durch alle Elemente gefahren, kehrte ich zurück. In der Mitte der Nacht sah ich die Sonne in ihrem hellsten Schein. Vor die untern und die obern Götter trat ich hin und betete sie in der Nähe an". Diess sind Dinge, über welche man nie ins Klare kommen wird. Soll man für jede einzelne Weihe denjenigen Aufwand optischer und dioramatischer Künste voraussetzen, welcher nach unserem Massstabe zu einer auch nur äusserlichen Illusion nötig wäre? Wohl besass man — hinlängliche Mittel, um die damaligen Menschen an diese oder jene Beschwörung und Geistererscheinung glauben zu machen, allein die Sinnesweise dieser Zeit war doch noch genugsam von dem Werte alles Symbolischen durchdrungen um auch durch blosse rituell imposante Vorzeigung von Sinnbildern einen tiefen Eindruck auf die Phantasie hervorzubringen. Unsere jetzige Welt dagegen ist dergestalt mit Abneigung und Hohn gegen das Symbolische getränkt, dass wir einen andern Gesichtspunkt kaum verstehen können, und schon bei allen Formalitäten und Ceremonien ungeduldig werden. Dies Gefühl wird dann schon auf die Vergangenheit angewandt. Eher als dass man eine tiefe Wirkung durch Symbole zugäbe, werden die kostspieligsten Künste der optischen

---

1) Die Zeit Constantin's des Grossen [2] p. 197 sq.

und mechanischen Täuschung, d. h. der wirklichen Betörung vorausgesetzt werden".

Ergo nec scenicis artibus initiatos nec praestigiis deceptos, sed symbolorum potius adspectu in summae beatitudinis statum evectos esse, verisimile putat Burckhardt. Neque minoris pretii est observatio, quam in eiusdem viri libro de Graecorum moribus atque institutis invenimus, Isiacas scilicet quarum Apuleius particeps fuit teletas plane alterius fuisse generis atque Eleusiniacas [1]).

1) Griechische Kulturgeschichte tom. II, p. 188 adn. 3).

§ 6.

Iam ad Lafaeum pervenimus, quo nemo doctius copiosiusque de deorum Alexandrinorum cultu disputavit[1]). Non scripta tantum antiquorum adiit auctorum, sed et monumenta antiquitatis effossa, nec sagaciter tantum in res inquisivit, sed et eleganter res exposuit. Multa igitur quae aliunde non possunt cognosci ex Lafaei libro cognoscimus, rectiusque tandem de Isidis cultoribus iudicamus et aequius. De mysteriis vero nihil novi protulit, utpote de quibus tantum non omnia innotuerint. Atque Eleusiniaca ab Isiacis ne illum quidem distinguere satis apparet vel ex iis quae de *παννυχίδι* refert:

„On sait en quoi elle consistait. Le myste assistait, dans la partie la plus retirée du sanctuaire, à une sorte de drame qui faisait passer sous ses yeux toute l'histoire légendaire de la divinité à laquelle il se consacrait; puis il était soumis lui-même, au milieu des ténèbres, à une série d'épreuves redoutables, jusqu'à ce qu'on l'amenât dans un lieu de délices tout resplendissant de lumière, où des apparitions soudaines, où d'harmonieux accords venaient frapper ses sens par un contraste imprévu (cf. MAURY, Histoire de la religion de la Grèce antique II, p. 333 [2])). Lucius a été témoin de

1) G. LAFAYE, Histoire du culte des divinités d'Alexandrie hors de l'Égypte (1884).

2) MAURY ibi de Eleusiniis mysteriis disputat, sed Isiacorum non facit mentionem.

scènes semblables dans le temple d'Isis, mais il ne peut en révéler le moindre détail sans sacrilège" [1]).

Qui post Lafaeum de sacris egerunt Isiacis, Lafaei praesertim usi sunt lucubrationibus. Laudat Lafaeum GRUPPE in libro quem de Graeciae ac Orientis cultibus conscripsit [2]); laudat Lafaeum et DREXLER in locupletissima de Iside disputatione quam Lexico inseruit Roscheriano [3]). De mysteriis neuter novi quidquam coniicit.

ROHDE *τὰ* in Isiacis *δρώμενα* non nisi strictim attigit [4]); sed eadem ferme de iis ac de Eleusiniis mysteriis sensisse videtur, sc. sacra in nocte quasdam sacrae fabulae partes non scenica repraesentatione, sed compendiariis signis sive symbolis communicatas esse initiandis [5]). Certe et de initiatione in Isiacis haec accipi posse opinatur ANRICH, Rohdii ante omnes secutus auctoritatem [6]).

---

1) Hist. d. culte des div. d'Alex. p. 110. Haud aliter sacra de nocte disputat Lafaeus i. v. Isis in Lexico Darembergiano (Dictionnaire des antiquités grecques et romaines) ubi, inter alia, haec legimus, tom. III, p. 582: „Apulée nous a laissé, dans le onzième livre des *Métamorphoses*, un curieux tableau des mystères d'Isis; grâce à lui, nous pouvons constater qu'ils présentaient avec ceux d'Eleusis une étroite ressemblance." Et paulo inferius: „Tout le monde est à peu près d'accord aujourd'hui que, pendant la grande veillée, le néophyte assistait à une représentation des mythes sacrés, tandis que le mystagogue en expliquait brièvement le sens symbolique; tous les secrets de la nature et de la destinée humaine étaient résumés sous la forme d'un drame, où une divinité juvénile, après une série d'épreuves, disparaissait de la surface de la terre pour reparaître triomphante."

2) O. GRUPPE, Die griechischen Culte und Mythen in ihren Beziehungen zu den orientalischen Religionen, tom. I, p. 410.

3) DREXLER, i. v. Isis, Lex. Rosch. tom. II, p. 373—548.

4) E. ROHDE, Psyche p. 687, adn. 1).

5) Psyche p. 272.

6) G. ANRICH, Das antike Mysterienwesen in seinem Einfluss auf das Christentum, p. 44.

§ 7.

De Eleusiniis mysteriis quae innotuerunt et ad Isiaca passim adhiberi illustranda vidimus. Vidimus et hoc, Isiacae initiationis vim atque effectum vulgo aut scenicae cuidam actioni aut symbolorum adspectui venerabilium tribui. Nunc, quales inde quantaeque nascantur difficultates, videamus. Primum autem Isiaca mysteria reverane uno eodemque ordine sint habenda ac Eleusiniaca, diligenter examinabimus. Idque sic faciemus, ut Eleusiniis mysteriis, qualia aetate celebrabantur imperatoria, adumbratis Isiacas teletas, quas undecimo Metamorphoseon libro depinxit Apuleius, opponamus. Sic enim, quid inter se commune habuerint, quibusve in rebus inter se discrepuerint, simulque in Isiacis certe teletis utrum locus fuerit scenicae actioni necne, sponte patebit. Tum et rationes exponemus, quare ne in Aegyptiacis quidem mysteriis omnia ad symbolorum communicationem sint referenda.

§ 8.

De Eleusiniis mysteriis cum tot ac tam diversa a viris doctis in medium sint prolata, ut tiro, quemnam sequatur, incertus haereat, cumque ipsis fontibus, sive librorum adhibeas testimonia sive lapidum, nonnisi cautissime utendum sit, cumque e laceris fragmentis lateque dispersis vix ac ne vix quidem totum colligi queat, quod neque a veritate abhorreat et splendore ac venustate detineat animos; peto a benevolo lectore veniam, si, quae scripturus sum, minus dilucida erunt minusque eleganter decurrent.

Consideranti autem mihi ac dubitanti, undenam initium caperem disputandi de re tam obscura tamque intricata, tutissimum visum est, praeceptum sequi antiquitus traditum, *τὰ μικρὰ μυεῖσθαι πρὸ τῶν μεγάλων*. Etenim Eleusiniacis sive maioribus mysteriis initiari qui cupiebant, eos minorum primum Agris participes fieri mysteriorum oportebat, quae mense quotannis celebrabantur Anthesterione. Verum nec de minoribus teletis quae apud scriptores antiquos legimus paucissima tam bene inter se cohaerent, ut expressam imaginem mysticarum caerimoniarum nobis informare possimus.

Stephano si credimus Byzantino [1]), minora mysteria *μίμημα* fuerunt *τῶν περὶ τὸν Διόνυσον*, i. e. repraesentatio Zagrei a Titanis dilacerati. Contra si Clementem audimus

1) Steph. Byz. i. v. *Ἄγρα*. Cf. et Nonn. Dionys. XLVIII, 462 sqq., quaeque hisce de locis disputat E. Maass, Orpheus p. 81 adn. 106).

Alexandrinum, Strom. V, p. 689. Ed. Pot., — *ἐστὶ τὰ μικρὰ μυστήρια διδασκαλίας ὑπόθεσιν ἔχοντα καὶ προπαρασκευῆς τῶν μελλόντων· τὰ δὲ μεγάλα περὶ τῶν συμπάντων οὐ μανθάνειν ἔτι ὑπολείπεται, ἐποπτεύειν δὲ καὶ περινοεῖν τήν τε φύσιν καὶ τὰ πράγματα* —, si scholion inspicimus ad Arist. Plt. v. 1013, ubi parva mysteria vocantur *εὐμετάδοτα*, initiatio mimici non indiguit apparatus, sed e praeceptis [1]) potius constitit quae facile tradi potuerint.

Quas tamen molestias quadamtenus certe expediemus, si festum, quod in numinum celebrabatur honorem, ab ipsa mystarum initiatione bene distinguimus. Atque licet hac in re luculentissimo uti exemplo. Samothracae in insula solemne, ut res ipsa declarat, certis peragebatur diebus [2]), sed quovis anni tempore initiationem concessam fuisse petentibus, permultae testantur inscriptiones [3]). Atqui singulis mystis, nisi forte vel regibus [4]) vel imperatoribus [5]) mimicam actionem esse instauratam, a veritate plane abhorret. Initiationem igitur semper et ubique uno eodemque ordine atque mimicam repraesentationem esse habendam, consentaneum non est [6]).

At Eleusiniacis in mysteriis, quae mense Boëdromione quotannis celebrabantur, initiatio cum solemni erat coniunc-

---

1) De hisce praeceptis in epimetro primo fusius disputabimus.

2) Utrum diebus XX—XXII mensis Iulii an Augusti, ambigitur. Cf. Hirschfeld, Unt. a. S. I, p. 39.

3) Hirschfeld, l. l.

4) In Demetrii regis honorem, daducho licet resistante, uno eodemque mense nec legitimo et minora mysteria acta esse et maiora, nulli non notum est. Cf. Plut. Demet. 26.

5) Augustum *οὐκ ἐν τῷ καθήκοντι καιρῷ — μεμυημένον γενόμενον* refert Dio Cassius, LIV, 9; de Hadriano deque Marco Aurelio solis ad mysticas caerimonias admissis cf. quae Salmasius In Ael. Spart. Had. Em. e. Not. p. 31—34, In Iul. Cap. M. Ant. Phil. Em. e. Not. p. 98 disputavit.

6) Dramaticam in parvis mysteriis repraesentationem impugnat et A. Mommsen, Feste der Stadt Athen², p. 415 sq.

tissima. Duo autem erant huiusce initiationis gradus, myesis, ad quam eodem atque ad minora mysteria anno, epoptiaque, ad quam vel uno post myesin anno, vel pluribus annis post, admittebantur initiandi [1]).

Quod ad ipsarum attinet caerimoniarum tenorem atque finem, diversi generis sacra, quae initiatis non solum cum laetitia vivendi rationem praeberent, sed etiam cum spe meliore moriendi [2]), vinculo continebantur, ut ita dicam, mythico. Verum cuiusmodi fabularis in Eleusiniis mysteriis fuerit historia, quaeque huius historiae partes in myesi communicatae sint initiatis, quaeve in epoptia, cum aut arescentibus utamur fontibus aut turbidis, pro certo statuere, res permagnae est difficultatis [3]). Neque ut hisce diutius immoremur huiusce libelli vel spatium sinit vel propositum. Pauca tantummodo, quae silentio praeterire fas non est, de externa caerimoniarum specie in medium proferamus.

Fabularis autem historiae quasdam in maioribus illis teletis esse exhibitas repraesentationes, et ex Christianorum et ex gentilium scriptorum testimoniis patet [4]). Atque has repraesentationes fuisse scenicas, eo usque praevaluit opinio, ut nusquam fere Eleusiniorum mysteriorum, nisi et

---

1) Cf. Fr. Lenormant Jr. i. v. Eleusinia, Dic. d. Ant. Gr. et Rom. tom. II, p. 553.

2) Cic. De leg. II, 14.

3) Operae pretium est, inter se conferre, quae de mythologia Eleusiniaca deque caerimoniarum ordine in medium protulerunt Chr. Lenormant Sr., Mém. de l'Acad. des Inscr. tom. XXIV 1re part. p. 343—445 (quem presso pede sequitur Fr. Lenormant Jr. i. v. Eleusinia, Dic. d. Ant. Gr. et Rom. tom. II, p. 544—581); A. Zinzow, Psyche und Eros p. 72—91; Foucart, Mém. de l'Acad. des Inscr. tom. XXXV 2me part. p. 1—84; Holwerda, Verslagen der Kon. akad. van wetensch. XI, p. 251—280; O. Gruppe, Griechische Mythologie und Religionsgeschichte p. 48—58; H. S. Anton, Die Mysterien von Eleusis.

4) Cf. Tat. Orat. ad Gr. 18; Clem. Alex. Protr. II, p. 12, ed. Pot.; Tert. Adv. Val.; Hippol. Adv. haer. p. 162 ed. Duncker; Aster. ap. Migne XL, p. 324; Claud. De rapt. Proserp. I, 7—19.

„dramatis Eleusinii" fiat mentio. Sed fortasse vox illa rei minus apta est, cum facile nos eo deducere possit ut falsam initiationis imaginem nobis fingamus. Longius certe processit qui drama mysticum in integrum restituere est conatus, Eleusiniacamque tragoediam numeris actibusque absolutam conscripsit [1]). Quae cum ita sint, inutile non videtur, quaestionem ad fontes revocare, fontibusque adhibitis, statuere, quonam iure Eleusiniacae caerimoniae nuncupentur drama.

Primum quam maxime cavendum est, ne vocis „τὰ δρώμενα" sono potius audito, quam sensu percepto, in errorem inducamur. Antiquos quippe scriptores illa voce saepissime uti, sive ut in mystico sacro quae fierent iis quae dicebantur opponerent [2]), sive ut totum significarent sacrum [3]), notissima res est. Sed recte monet vir clarissimus HOLWERDA, nihil inde de dramatica repraesentatione esse eliciendum [4]). Etenim nec tragoedia, nec comoedia, nec ulla denique actio scenica „τὰ δρώμενα" nuncupari solet [5]), sed caerimoniae [6]), occultae [7]) praesertim et magicae [8]).

Ipsum dramatis nomen de sacris arcanis usurpatum non nisi semel occurrit, sc. apud Clementem Alexandrinum in Protrept. cpt. II, p. 12 Ed. Pot., ubi haec legimus: Δηὼ

---

1) SCHURÉ, Sanctuaires d'Orient p. 239—294.

2) Paus. II, XXXVII, 2; Galen. De us. part. VII, 14.

3) Mystica sacra vulgo τὰ δρώμενα esse vocata satis patet ex Paus. II, XIV, 1; XXXVII, 6; V, X, 1; VIII, XIV, 12; X, XXXI, 11.

4) HOLWERDA, Verslagen der Kon. akad. van wetensch. XI p. 270: „Zeer ten onrechte wordt veelal het δρᾶμα μυστικὸν met de δρώμενα verward".

5) Quod sciam, nusquam sic nuncupantur.

6) HOLWERDA, p. 271: „δρώμενα zijn in het latere Grieksch ceremonieën tal van plaatsen bewijzen het".

7) Cf. FRIEDLÄNDER, Lobecks Briefwechsel, p. 176.

8) Cf. Ps. Iambl. De myster. ed. Parthey III, 2 (p. 104, 12); 16 (p. 137, 18); 18 (p. 145, 13); 30 (p. 173, 11); 31 (p. 175, 15). Cf. et St. Chrysost. De St. Babyla 14 (ed. Dübn. p. 236) et Heliod. Aeth. VI, 14.

δὲ καὶ Κόρη δρᾶμα ἤδη ἐγενέσθην μυστικὸν καὶ τὴν πλάνην καὶ τὴν ἁρπάγην καὶ τὸ πένθος αὐτοῖν Ἐλευσὶς δᾳδουχεῖ. Miramur profecto huic uni verbo tot coniecturas esse superstructas. Nihil enim Clemens, sive de teletis quae evulgavit Diagoras perlegit [1]), sive teletarum ipse particeps fuit — illud autem verisimilius [2]) — l. l. spectat nisi fabulam de Cerere ac Proserpina quocumque modo actam. Quae certe actio, ut postea videbimus, initiationis scopus ac finis non erat. Quid quod ne ipsa quidem vox δρᾶμα semper et ubique scenicam significat repraesentationem [3])? Itaque non mirum, virum et de mysteriis et de lingua Graeca optime meritum, Lobeckium dico, hoc in loco haesisse, nec, quid pro certo statueret, habuisse. Scilicet cum in Aglaophami tom. I lib. II p. 688, Clementinis verbis allatis, haec addidisset: „Quod (sc. Clementis verba) etsi oratorie dictum est, tamen probat quandam dramatum mysticorum et scenicorum similitudinem", postmodo, re iterum iterumque perpensa, tom. II lib. III p. 1263 haec protulit: „Ipsum

1) Cf. CHR. LENORMANT SR., Mém. de l'Acad. des Inscr. tom. XXIV 1re part. p. 397—410.

2) Cf. BRATKE, Die Stellung des Clemens Alex. zum antiken Mysterienwesen. Th. St. Kr. tom. 60, p. 694. Cf. et p. 656: „Und in seinen eigenen Schriften verrät Clemens Alexandrinus mit keinem Worte, dass er früher Myste gewesen sei, am wenigsten da, wo wir es am ehesten vermuteten". Notandum certe, quod Clemens myesin ab epoptia non distinguit. Cf. BRATKE p. 663: Die Anzahl ihrer (sc. initiationis) Grade ist (sc. secundum Clementem) zwei, — μύσται heissen die Inhaber der ersten Stufe, die zu den sogenannten kleinen Mysterien zugelassen werden; die ἐπόπται sind die Schauer des vollen Mysteriums, des δρᾶμα μυστικὸν oder der sogenannten grossen Mysterien". — E. DE FAYE, Clément d'Alexandrie. Étude sur les rapports du Christianisme et de la philosophie grecque au II siècle, quaestionem quam posuit CHR. LENORMANT SR. solvere omnino conatus non est.

3) Recte vir clarissimus SITTL, N. P. R. (1895) p. 250, cum de Foucartii disputatione p. 25 adn. 3) allata iudicium tulit, inter alia haec observavit: „Das Griechisch der Kaiserzeit lässt — oft Zweifel, z. B. in dem Worte δρᾶμα, vgl. ROHDE, Der griechische Roman S. 350, adn. 3) mit Nachtrag und Seite 450 adn. 2)". Cf. et Steph. Thes. Ling. Gr. i. v. δρᾶμα.

Eleusinium sacrum Clemens δρᾶμα μυστικὸν vocat; quod fortasse nimis anguste interpretantur qui ad speciem scenicae actionis referunt".

Equidem non infitias ibo, festum Eleusinium, cum sacris in noctibus vel recitarentur hymni vel canerentur, cumque quaedam interdum fabularis historiae ante oculos ponerentur imitamenta (μιμήματα), speciem aliquando scenicae sumsisse actionis, quemadmodum et ea, quae festis Ecclesiae Catholicae diebus, quaeque in Salutariorum peragi videmus conventiculis, haud raro theatralis ludi praebent adspectum. Sed quo magis res inter se similes sunt, eo magis cavendum est, ne diversi generis res iisdem verbis designentur. Quodsi scenica repraesentatio eiusmodi intelligenda est repraesentatio, in qua loquentes personae canentesve in scenam inducti fabulam ab initio ad finem ordine peragant, Eleusinium sacrum, sive cum Clemente δρᾶμα vocas, sive cum ceteris scriptoribus δρώμενα, scenica certe repraesentatio non fuit [1]). Denique causam non video, cur initiationem ambigua potius voce, qua non nisi unus antiquitatis scriptor sit usus, designemus, quam voce per totam antiquitatem apud omnes usitatissima.

De verbis pugno. Sed res ipsa aliorsum nos devocat. Fuerint scilicet fabularis quasdam historiae repraesentationes Eleusiniis mysteriis cum aliis communes solemnibus, hoc certe illis peculiare erat, quod mystis vita defunctis beatam spondebant immortalitatem. Nota loquor, quaeque in nulla non de mysteriis invenias disputatione. Illud tamen premen-

1) Cf. quae CHR. LENORMANT SR. in disputatione plus semel laudata p. 415 coniecit: „—je rétablis l'ordre des représentations de la nuit sacrée 1) la fable de l'institution de l'agriculture; 2) la fable des amours de Jupiter, de Déo et de Proserpine; 3) l'union mystique de l'hiérophante et de la prêtresse avec intervention de Vénus". Ergo hoc quoque peculiare habuit δρᾶμα μυστικὸν, ut inverso ordine ageretur.

dum videtur atque urgendum, quod vir doctissimus FOUCART, cum librorum testimoniis expensis, tum inscriptionum, observavit, nempe non de incertis hic agi suspicionibus, sed de fide quam certissima. Ipsa Foucartii verba laudare non pigebit:

„ — ce n'était pas une espérance vague que donnaient les mystères; c'était une ferme confiance qu'après la mort commencerait une nouvelle vie, heureuse pour les initiés, malheureuse pour les non-initiés. Sur ce point, le langage des anciens n'a jamais varié; il a été le même à toutes les époques et chez tous ceux qui ont parlé de la religion d'Éleusis, poètes ou prosateurs" [1]).

Atque haec quidem bene sese habent. Verum quomodo in eam spem adducti sint initiati, difficilius est investigatu. Mimicae etenim si repraesentationi quasi intexta fuisset doctrina de vita futura, alius alia coniiciendo esset assecutus, nec quidquam certi constitisset apud omnes. Ut ipsum rursus audiamus Foucartium:

„Si l'espérance des mystes repose tout entière sur les impressions qu'excite en eux la représentation du drame de Coré ou sur les réflexions que provoquent les métamorphoses du grain de blé, qui ne voit combien cette espérance sera vague et incertaine? Elle variera selon la sensibilité ou l'imagination de chacun des assistants" [2]).

Verum rem ita sese non habuisse cum ex totius antiquitatis testimonio haud dubie appareat, vim atque effectum initiationis alii causae tribuenda esse:

„Il faut donc chercher autre part le grand secret des mystères et la cause de leur succès" [3]).

---

1) FOUCART, Mém. de l'Acad. des Inscr. tom. XXXV 2me part. p. 53.
2) FOUCART, p. 55 sq. 3) FOUCART, p. 56.

Neque hoc omisit Foucartius. Re iterum iterumque perpensa, omnique ex parte considerata, sic rationem concludit, in epoptia — scilicet in myesi sacram fabulam esse actam affirmat et ipse — Tartari Elysiique regiones adspectui esse datas nec non et initiatis modo terrore perculsis modo spe erectis sacras formulas esse traditas, quarum ope post mortem viam invenirent, quae ad beatorum duceret sedes. Epoptiam summatim sic delineat:

„Les mystes parcouraient les diverses régions du monde souterrain, figurées dans la grande salle du τελεστήριον, pour aboutir au séjour des bienheureux; alors probablement étaient dévoilés les ἱερά. Ces tableaux étaient animés par la voix du hiérophante, qui prononcait, avec la mélopée sacramentelle, les paroles secrètes ou formules d'incantation nécessaires pour mener à bon terme ce dangereux voyage. C'était là la grande révélation des mystères et la partie essentielle" [1]).

Haec coniectando utrum propositum assecutus sit Foucartius necne, ambigitur [2]); sed procul dubio videtur quin viam indicaverit, qua ad finem pervenire possimus. Neque abs re erit, hic in fine locum addere ex antiquo scriptore

1) Foucart, p. 73.

2) Foucartio vel ex asse, vel quadam ex parte assentiuntur Reinach, R. Cr. (1895) No. 28, p. 21—26; H. Weil, J. d. Sav. (1895) p. 303—311; Steuding, W. S. K. Ph. tom. 12, p. 1029—1031; Sittl, N. Ph. Rs. (1895) p. 248—250. Philios, Éleusis, ses mystères, ses ruines et son musée p. 45, coniectura Foucartii exposita, dubius haeret: „Mais cela (i. e. inferorum repraesentatio sacraeque formulae) suffisait-il à faire naître l'espérance, la foi même, sur un avenir meilleur réservé aux âmes dans le séjour des ténèbres, que les initiés emportaient des Mystères, selon le témoignage presque unanime des anciens?" — O. Gruppe, Gr. Myth. u. Religionsgesch. p. 48—58 Foucartii disputationem non nisi strictim attingit; L. Bloch, Der Kult und die Mysterien von Eleusis, in „Sammlung gemeinverständlicher wissenschaftlicher Vorträge N. F. XI, 257", E. Rohde in secunda „Psyches" editione, H. S. Anton, Die Mysterien von Eleusis, Foucartianae coniecturae nullam omnino faciunt mentionem.

in rebus mysticis quam versatissimo, rhetorem dico Aristidem. Apud quem in Orat. XIX. Ed. Dind. tom. I, p. 415—417 cum legimus:

Τίς γὰρ Ἑλλήνων ἢ τίς βαρβάρων οὕτω σκαιὸς ἢ ἀνήκοος, ἢ τίς οὕτω σφόδρα ἔξω τῆς γῆς ἢ θεῶν, ἢ συλλήβδην εἰπεῖν καλῶν ἀναίσθητος, — ὅστις οὐ κοινόν τι τῆς γῆς τέμενος τὴν Ἐλευσῖνα ἡγεῖτο, καὶ πάντων ὅσα θεῖα ἀνθρώποις, ταὐτὸ φρικωδέστατόν τε καὶ φαιδρότατον; τίνι δ' ἄλλῳ χωρίῳ ἢ μύθων φῆμαι θαυμαστότερα ἐφύμνησαν, ἢ τὰ δρώμενα μείζω ἔσχε τὴν ἔκπληξιν, ἢ μᾶλλον εἰς ἐφάμιλλον κατέστη ταῖς ἀκοαῖς τὰ δρώμενα; ὅσα μὲν δὴ θέας ἐχόμενα εἶδον γενεαὶ παμπληθεῖς εὐδαιμόνων ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἐν τοῖς ἀῤῥήτοις φάσμασιν· ἃ δ' εἰς τὸ μέσον ποιηταὶ καὶ λογοποιοὶ καὶ συγγραφεῖς πάντες ὑμνοῦσι, κόρην τὴν Δήμητρος ἀφανῆ γενέσθαι χρόνον ἔστιν ὅν, Δήμητρα δ' ἐπέρχεσθαι γῆν πᾶσαν καὶ θάλατταν ζητοῦσαν τὴν θυγατέρα, τέως μὲν οὖν οὐχ οἵαν τε εἶναι εὑρεῖν, ἐλθοῦσαν δ' εἰς Ἐλευσῖνα τήν τε ἐπωνυμίαν δοῦναι τῷ τόπῳ καὶ τὴν κόρην εὑροῦσαν ποιῆσαι τὰ μυστήρια· καὶ γενέσθαι δὴ τὸν σῖτον παρὰ μὲν ταῖν θεαῖν τοῖς Ἀθηναίοις, παρὰ δὲ τῶν Ἀθηναίων καὶ Ἕλλησι καὶ βαρβάροις· — καὶ τούτοις Κελεός τε καὶ Μετάνειρα καὶ Τριπτόλεμος ἐπιφημίζονται καὶ ἅρματα δὴ δρακόντων ὑπόπτερα ὑπὲρ πάσης γῆς καὶ θαλάττης φερόμενα· —

haec, dico, cum legimus, nonne luculenter patet, hic inter se opponi, quae vel profanis innotescant, quaeque nec nisi initiatorum subiiciantur oculis? Fabula autem de Cora, deque Celeo, Metanira, Triptolemo nulli non nota erat, neque magnopere commoti essent, opinor, mystae, si ea tantum adspexissent quae saepissime audierant. Nec occultis fabulis, parumque — ut non e Christianis tantum scriptoribus cognoscimus — honestis [1]) in summum beatitudinis statum

---

1) FOUCART, p. 47 affert Hymn. orph. XLI, 5—9; cf. et Procl. Theol. Plat. VI, 11, p. 871; In Plat. Crat. p. 90.

neophytos esse evectos credibile est. Caput sacri, ut Aristides, ut et alii referunt auctores, *τὰ ἄῤῥητα* sive *ἅγια* [1]) sive *ἱερὰ* [2]) sive *θεῖα* [3]) *Φάσματα* erant [4]). De ipsis illis *Φάσμασι* ut data opera disputemus, hic locus non est, cum ad propositum tandem revertendum sit, satisque erit, hoc candidum monuisse lectorem, voce „*Φάσματα*" scenicam nusquam designari actionem, scenicamque igitur actionem scopum certe ac finem initiationis non fuisse [5]).

1) Plut. Frg. de an. 2.
2) Arist. Or. IV, p. 51.
3) Procl. Theol. Plat. I, 1 p. 1.
4) Cf. Holwerda, p. 271 sq., 278 sq.
5) Maury, Hist. des rel. d. l. Gr. ant. tom. II, p. 301: „— les mystères grecs se rapprochaient par un certain côté de nos mystères du moyen âge; mais, tandis que chez ceux-ci la représentation scénique faisait tout le fond, dans ceux de la Grèce elle n'était qu'accessoire, et les rites qui les accompagnaient en constituaient l'élément essentiel."

§ 9.

Et de Isiacis teletis sic disputabo, ut hoc primum investigare coner, utrum multos ibi certis initiari diebus an singulos incertis, mystica lex fuerit. Hinc etenim dependere cetera, vel res ipsa declarat, vel ex iis, quae proxima paragrapho, cum Samothraciorum mysteriorum mentio fieret, observavi, patet. Itaque Apuleianam non presso pede sequar narrationem, ut ZINZOW [1]), LAFAYE [2]), MONCEAUX [3]), alii, ad quos huius rei studiosos ablego, sed ea tantum inde desumam, quae ad summam quaestionem pertineant diiudicandam.

Lucio autem asinina adhuc pelle induto in somniis sese dea offert Isis, eumque, quomodo infortunio sese possit eripere, docet [4]). Scilicet proximo die i. e. ante diem III Non. Mart. navigium deae consecratum mari committetur solemnisque agetur pompa, in qua et primus procedet sacerdos rosarum sertum dextera gerens, quibus rosis comesis Lucius faciem humanam recuperabit. Nec mora, Lucius, excusso somno, in oppido Cenchreis ubi festum celebratur, inter popelli turbam ibi consistit, qua praeteribit pompa. Quam tam vividis depinxit Apuleius coloribus, ut et ipsi solemnibus interesse nobis videamur.

---

1) A. ZINZOW, Psyche und Eros, p. 91—102. De ipsa initiatione nihil novi protulit.

2) G. LAFAYE, Histoire d. culte des div. d'Alex, p. 121—126 et 108—118.

3) P. MONCEAUX, Apulée magicien, in Revue des deux mondes tom. 85, p. 593—596, eiusdemque scriptoris, Apulée, Roman et magie, p. 274—282.

4) Apul. Met. XI, 5 sq.

Videmus, quae ad oblectationem popularium quaeve in divae honorem solemnia fiant. Iam sospitatricis deae peculiaris molitur turba [1]). Procedunt mulieres viam floribus sternentes plateasque unguentis conspargentes. Magnus praeterea sexus utriusque numerus taedis cereis facibusque siderum coelestium stirpem propitiant. Symphoniae dehinc suaves fistulae tibiaeque modulis dulcissimis personant. Sequitur lectissimae iuventutis chorus, sequuntur et dicati magno Sarapi tibicines. „Tunc" — ipsa haec sunt verba scriptoris — „influunt turbae sacris divinis initiatae, viri feminaeque omnis dignitatis et omnis aetatis" [2]). Quod sic vertit, Betolaudo praeeunte, Lafaeus:

„Alors arrivait à flots pressés la foule des initiés aux divins mystères, des hommes et des femmes de tout rang et de tout âge" [3]),

nec dubitat, quin re vera magni hic mentio fiat numeri. Verum si consideramus, Apuleium in maius res augere numeroque plurali valde gaudere [4]), verbis modo allatis magnum non tribuemus momentum, cautiusque locum esse interpretatum P. Monceaux censebimus, sc. „la troupe sainte des initiés" [5]). Atque commode fit ut narratione procedente, documentum detur, quid sibi tandem velit apud Apuleium numerus pluralis. Nempe Lucius postquam faciem recuperavit humanam „populi mirantur — tam evidentem maximi numinis potentiam" [6]), imo, cum agmini permixtus religioso sacrarium comitaretur, „omnes in me", ut ait,

1) Met. XI, 9. 2) Met. XI, 10.

3) G. Lafaye, Hist. d. culte des div. d'Alex. p. 122.

4) Cf. e. g. Met. III, 24 aures immodicis horripilant auctibus; 27 fustem cunctis vastiorem, IV, 24 inter tot ac tales latrones et horrendum gladiatorum populum, V, 15 (sorores) balnearum vaporosis fontibus curatas, VI, 15 libratis piunarum nutantium molibus.

5) P. Monceaux, Apulée magicien, p. 595; Apulée, Roman et magie p. 279.

6) Met. XI, 13.

„populi fabulabantur . . .“ [1]), cumque navigium a sacerdote sacratum iam mari committitur, „cuncti populi tam religiosi quam profani vannos onustas aromatis et cuiuscemodi suppliciis certatim congerunt et insuper fluctus libant intritum lacte confectum“ [2]). Quis autem non videat, illud „cuncti populi“ non „tous les peuples“ valere, sed eadem dicendi ratione hic uti Apuleium qua Franco-Galli, cum notissimum illud „tout le monde“ crepant nec tamen totum hisce verbis designant universum.

Verum hisce ne insistamus, sed ex ipsa potius descriptione, quam initiationis praebet Madaurensis, videamus, quid de initiatorum numero statuendum sit. Lucius autem — inde enim revera de semetipso loquitur Apuleius [3]) — sedulum colendi numinis frequentat ministerium. Ut ipsum audiamus:

„Nec minus in dies mihi magis magisque accipiendorum sacrorum cupido gliscebat summisque precibus primarium sacerdotem [4]) saepissime conveneram, petens ut me noctis sacratae tandem arcanis initiaret. At ille vir alioquin gravis et sobriae religionis observatione famosus, clementer ac comiter et ut solent parentes inmaturis liberorum desideriis modificari, meam differens instantiam, spei melioris solaciis alioquin anxium mihi permulcebat animum. Nam et diem,

---

1) Met. XI, 16. 2) Met. l. l.

3) Cf. Lafaye, Hist. d. culte des div. d'Alex. p. 78 sq.: „On peut distinguer dans le onzième livre deux parties. La première s'arrête à l'endroit où Lucius reprend la forme humaine; c'est celle dans laquelle les emprunts sont les plus sensibles; la personnalité de l'auteur ne s'y montre pas; rien n'autorise à lui attribuer ce qu'il y dit de son héros. La seconde a un tout autre caractère. Lucius est dépouillé de son enveloppe; le miracle est accompli et la métamorphose terminée. C'est alors qu'Apulée se met en scène; il saisit cette occasion d'exposer ses idées sur la religion des Alexandrins, vers laquelle ses opinions philosophiques devaient tout naturellement l'entraîner“.

4) De primario sacerdote cf. Lafaye, Hist. d. culte des div. d'Alex. p. 132 sq.

quo quisque possit initiari deae nutu demonstrari et sacerdotem qui sacra debeat ministrare eiusdem providentia deligi, sumptus etiam caerimoniis necessarios simili praecepto destinari" [1]).

Haec tam perspicua sunt, ut nulla, opinor, egeant explanatione. Nec tamen abs re erit, Pausaniam laudare periegetem, unum idemque de sacris Isiacis quod Apuleius testantem. Quippe lib. X cpt. XXXII, § 13 Descr. Gr. de Isidis aede quadraginta fere stadia ab oppido Tithorea sita haec refert: „— ἄδυτον ἱερὸν Ἴσιδος, ἁγιώτατον ὁπόσα Ἕλληνες θεῷ τῇ Αἰγυπτίᾳ πεποίηνται· οὔτε γὰρ περιοικεῖν ἐνταῦθα οἱ Τιθορεῖς νομίζουσιν οὔτε εἴσοδος εἰς τὸ ἄδυτον ἄλλοις γε ἢ ἐκείνοις ἐστὶν οὓς ἂν αὐτὴ προτιμήσασα ἡ Ἶσις καλέσῃ (σφᾶς del.?) δι' ἐνυπνίων". Minus ergo accurate ANRICH [2]) — unam scilicet eandemque initiandi fuisse rationem in Isiacis atque in Eleusiniis mysteriis usque contendens — quasdam in Isiacis initiis et somniorum fuisse partes concedit: „wie ja auch bei den Isis-Mysterien Träume eine Rolle spielten". Hoc agitur, hoc diserte enuntiandum est, neminem ad intima penetralia atque ad arcanas caerimonias fuisse admissum, nisi quem dea Isis ipsa per somnium sese ei offerens, ad summum hunc destinasset honorem.

Longe alia Eleusiniorum mysteriorum erat ratio, ad quae quilibet, dummodo esset χεῖρας καθαρὸς καὶ φωνὴν συνετὸς admitteretur [3]), quibusque certis anni diebus vel centeni una initiarentur.

Sed ad narrationem redeamus rursusque Lucium audiamus: „Nec me fefellit vel longi temporis prolatione cruciavit

---

1) Met. XI, 21. 2) G. ANRICH, Das antike Mysterienwesen, p. 45.
3) Celsus ap. Orig. C. Cels. III, 59. Hunc locum, aliosque antiquorum scriptorum locos huc pertinentes, exhibet LOBECK, Agl. p. 15.

deae potentis benignitas salutaris, sed noctis obscurae non obscuris imperiis evidenter monuit, advenisse diem mihi semper optabilem, quo me maxumi voti compotiret, quantoque sumptu deberem procurare supplicamentis, ipsumque Mithram illum suum sacerdotem praecipuum, „divino quodam stellarum consortio", ut aiebat, mihi coniunctum, sacrorum ministrum decernit [1]).

Neque hoc ullam Eleusiniorum mysteriorum, utpote in quibus locus non fuerit astrologiae, refert similitudinem, sed potius Mithriacorum [2]), quae et ipsius sacerdotis primarii nomen in mentem nobis revocet necesse est.

Proximo die Lucius primo mane adit sacerdotem, „iam velut debitum sacris imperiis obsequium flagitaturus". Sed ultro Mithras, a dea admonitus et ipse, felicem eum vocat, eique, quae ad usum teletae praeparanda sint, praedicit [3]).

„Ea protinus", ut ipsius utamur verbis scriptoris, „naviter et aliquanto liberalius partim ipse partim per meos socios coemenda procuro. Iamque tempore, ut aiebat sacerdos, id postulante stipatum me religiosa cohorte deducit ad proximas balneas et prius sueto lavacro traditum, praefatus deum veniam, purissime circumrorans abluit rursumque ad templum reductum, iam duabus diei partibus transactis, ante ipsa deae vestigia constituit secretoque mandatis quibusdam quae voce meliora sunt, illud plane cunctis arbitris

---

1) Met. XI, 22.

2) Cf. F. Cumont i. v. Mithras, Lex. Rosch. tom. II, p. 3060: „Die astrologischen Glaubenslehren (Mon. 2) und im allgemeinen alle abergläubischen Vorstellungen (Plinius h. n. 37 c. 10 § 160. Theophan., Chronogr., A. M. 5794. Wessely, Griechischer Zauberpapyrus 1888 v. 475 ff.; vgl. Textes et Mon., geschnittene Steine nr. 1 ff.) wurden sicher im Abendlande durch die Priester des Mithras verbreitet. Einer von ihnen rühmt sich sogar in seiner Grabschrift, studiosus astrologiae zu sein (Inscr. 192)". Cf. et Textes et Monuments rel. aux Mystères de Mithras, tom. I, p. 120 et 301 sq.

3) Met. l. l.

praecipit, decem continuis illis diebus cibariam voluptatem coercerem neque ullum animal essem et invinius essem. Quis venerabili continentia rite servatis iam dies aderat divino destinatus vadimonio et sol curvatus intrahebat vesperam. Tum ecce confluunt undique turbae sacratorum ritu vetusto variis quisque me muneribus honorantes. Tunc semotis procul profanis omnibus linteo rudique me contectum amicimine adrepta manu sacerdos deducit ad ipsius sacrarii penetralia" [1]).

Quodsi quaerimus, multi paucine testes fuerint initiationis, haud incertos hac de re nos sinit esse Apuleius. Audiamus ipsum referentem, quod solum potest sine piaculo profanis enuntiari: „Perfectis solemnibus processi duodecim sacratis stolis <*iniectis stipatus*>, habitu quidem religioso satis, sed effari de eo nullo vinculo prohibeor, quippe quod tunc temporis videre praesentes plurimi" [2]). Unde satis patet, ipsis nocturnis caerimoniis non plurimos, sed paucos interfuisse, neque illas „turbas sacris divinis initiatos" re vera magno fuisse numero.

Hac quoque in re Mithriacis mysteriis, ad quae singulis in templis non nisi paucos esse admissos vel ex spelaeorum aedificandorum ratione patet [3]), haud absimilia erant Isiaca, ut ferme inter utriusque religionis caerimonias quaedam similitudo intercedebat [4]).

Ad alias Aegyptiacas quibus Apuleius initiatus est teletas non nisi admodum paucis patebat aditus. Scilicet ante tertiam initiationem Lucium magna cura sollicitum, quod

1) Met. XI, 23. 2) Met. XI, 24.

3) Amplissimae scilicet quae hucusque effossae sunt cryptae, vix centum homines continere possunt. Cf. Cumont i. v. Mithras p. 3062; cf. et Textes et Mon. tom. I, p. 65 et 328.

4) Cumont, Textes et Mon. tom. I, p. 328 adn. 4): „Beaucoup de traits des mystères d'Isis, tels qu'Apulée les dépeint, sont applicables à ceux de Mithra", cf. et p. 319 et 321 adn. 6).

rursus teletam susceptare cogitur, nocturna divinatione numen adloquitur et aliis et his verbis: „Quin adsidua ista numinum dignatione laetum capesse gaudium et potius exsulta ter futurus quod alii vel semel vix conceditur" [1]).

Cum ex totius narrationis tenore, tum ex ipsarum caerimoniarum indole sic rationem concludere necesse est, Apulei certe aetate [2]) singulis in Isiaceis, licet multi publicorum sacrorum participes sint facti, ad arcana sacra paucos [3]) tantum, eosque, ut loco supra allato diserte dicit Apuleius, vel singulos non certis diebus sed iis, quos ipsi eligerent divi, admissos esse. E quibus non sequitur, omnium mystarum omnibus in regionibus, quas cultus pervaserat Isidis, exiguum fuisse numerum [4]), nec, festis diebus, quales Pausanias lib. X, cpt. XXXII, § 14—18 descripsit [5]), nunquam omnino [6]) et plures venerandis penetralibus esse initiatos. Verum utut haec sese habeant, de dramatica certe in illis, quas Apuleius suscepit, teletis repraesentatione quid statuendum sit, neminem fallet.

---

1) Met. XI, 29.

2) Isidis apud Romanos cultus maxime floruit tertio p. Chr. saeculo. Cf. Drexler i. v. Isis, p. 404—406.

3) Lafaye, Hist. d. culte des div. d'Alex. p. 73, cum de Plutarchi libello „de Iside et Osiride" sic loquitur: „Ce serait s'abuser que d'y chercher le résumé fidèle des croyances répandues dans la foule par les mystères", parum meminit, Plutarchum scripsisse in eodem libello 25: *ὅσα τε μυστικοῖς ἱεροῖς περικαλυπτόμενα καὶ τελεταῖς, ἄῤῥητα διασώζεται καὶ ἀθέατα πρὸς τοὺς πολλούς...*

4) Origenes C. Cels. (quem librum a. 248 conscriptum esse demonstravit K. J. Neumann, cf. P. Koetschau, Origenes Werke, tom. I, prol. XXII sq.) VI, 22: *τὰ Αἰγυπτίων* (sc. *μυστήρια*), *ἐν οἷς πολλοὶ σεμνύνονται*. Cf. tamen quae adn. 2) observavimus.

5) De hoc loco postmodo fusius disputabimus.

6) Schömann, Gr. Alt.[2] tom. II, p. 391 (quem locum iam § 3 p. 14 adn. 3) exhibuimus) etsi, quid inter Eleusinia mysteria ac Isiaca interfuerit, bene indicavit, minus prudenter haec affirmavit, l. l.: „Es wurden also nicht, wie bei den Eleusinien, viele Hunderte zugleich, sondern immer nur Einzelne eingeweiht".

§ 10.

Simillima fuisse Eleusiniis mysteriis Isiaca, vel quod ex Isiacis prodierint Eleusinia [1]), vel quod, aetate imperatoria, Cereris cultus Isidisque quasi in unum confluxerint [2]), permulti contendunt. Atque quod ad illud attinet, equidem non infitias ibo, ingeniosae Foucartii coniecturae haud parvum nuperrime accessisse subsidium, sepulchris scilicet quibusdam in necropoli effossis Eleusiniaca, ibique inter alias Aegyptiacas reliquias et Isidis inventis imaginibus [3]). Verum non inde, quod ab Isiacis originem duxerint mysteria Eleusiniaca, et posterioribus temporibus Eleusiniacis Isiaca fuisse persimilia, efficiendum est. Quin nulla ferme cum res sit, quae cursu annorum sibimet ipsa constet, nec Aegyptiacam religionem eodem semper mansisse statu credibile est [4]). Solemne certe Osiridis, quod indicat Herodotus, ab illis, quibus sexcentis annis post initiatus est Apuleius teletis, multum distare, iam persuasissimum sibi habuit Ouvaroff [5]), nec aliter iudicabit, quisquis et Herodotum accurate perlegerit et Apuleium. Apud illum nempe cum legimus, Hist.

---

1) Foucart, Mém. de l'Acad. des Inscr. tom. XXXV, 2me part. p. 1—84, quam disputationem saepius laudavimus § 8. Cf. hac de coniectura et Lafaye, i. v. Isis in Lex. Daremberg. tom. III, p. 577, 579, 582.

2) Cf. e. g. quae ex Reichelii dissertatione § 3, p. 18 attulimus, et Drexler i. v. Isis p. 443—448.

3) Orationem, quam hac de re in Academia Inscriptionum habuit Foucart, prae manibus mihi non fuisse perquam doleo.

4) Cf. e. g. Maspéro, Études de myth. et d'arch. égypt. tom. I, p. 19.

5) Ouvaroff, Essai sur les Mystères d'Eleusis, p. 56 sq.: „Mais les Mystères Isiaques qui fleurirent à Corinthe et à Rome sous les Empereurs, étaient fort différents des anciens Mystères de Saïs".

II, 170: *Εἰσὶ δὲ καὶ αἱ ταφαὶ τοῦ οὐκ ὅσιον ποιεῦμαι ἐπὶ τοιούτῳ πρήγματι ἐξαγορεύειν τὸ οὔνομα, ἐν Σάϊ, ἐν τῷ ἱρῷ τῆς Ἀθηναίης, ὄπισθε τοῦ νηοῦ, παντὸς τοῦ τῆς Ἀθηναίης ἐχόμεναι τοίχου. καὶ ἐν τῷ τεμένεϊ ὀβελοὶ ἑστᾶσι μεγάλοι λίθινοι, λίμνη τέ ἐστι ἐχομένη λιθίνῃ κρηπῖδι κεκοσμημένη καὶ ἐργασμένη εὖ κύκλῳ, καὶ μέγαθος, ὡς ἐμοὶ ἐδόκεε, ὅση περ ἡ ἐν Δήλῳ ἡ τροχοειδὴς καλευμένη* [1]). 171. *Ἐν δὲ τῇ λίμνῃ ταύτῃ τὰ δείκηλα τῶν παθέων αὐτοῦ νυκτὸς ποιεῦσι* [2]), *τὰ καλεῦσι μυστήρια Αἰγύπτιοι. περὶ μέν νυν τούτων εἰδότι μοι ἐπὶ πλέον, ὡς ἕκαστα αὐτῶν ἔχει, εὔστομα κείσθω*, satis, opinor, patet, nocturnis hisce caerimoniis stato tempore celebrandis magnum fidelium interfuisse numerum.

Contra in illis syncretismi temporibus Isiaci cultus antistites et Cerealis quaedam inter se mutuatos esse, haud negamus [3]). In templis scilicet Graecis vasa reperta sunt, quibus notae inscriptae sunt Aegyptiacae, numinaque insculpta Aegyptiaca. In tabulis votivis iuxta Graecanicorum numinum et Aegyptiacorum inveniuntur nomina. Fuerunt, qui et Cereris initiati sint teletis et Isidis. Hermione in oppido iuxta Isidis aedes sacris in saeptis et arcana Cereris peragebantur sacra. Nec non et utriusque in religionis ritibus purificationes invenias, ieiunia, cistas secretorum capaces, fidem silentii. Lactantium [4]) igitur, Minucii Felicis [5]) presso pede secutum vestigia [6]), cum Eleusiniorum solemnium Isiacorumque caerimonias luctuosas modo, mox laetas

---

1) Lacus ille Delicus CCLXXXIX pedes anglicos longus ac CC p. a. latus erat, cf. WIEDEMANN, Herodots zweites Buch p. 591.

2) Eiusmodi solemnia et Abydi aliisque in urbibus celebrata esse, refert MASPÉRO, Histoire ancienne des peuples de l'Orient classique, tom. I, p. 510.

3) In sequentibus imprimis ante oculos habui Drexlerium i. v. Isis, l. l.

4) Lact. Div. Inst. I, 21.

5) Min. Fel. Oct. 21.

6) De Lactantio Minucii Felicis imitatore cf. EBERT, Allg. Gesch. d. Litt. d. Mitt. i. Abendl.[2] tom. I, p. 84.

inter se comparasset, sacra Cereris Eleusiniae Aegyptiacis non esse dissimilia asseverasse, non est quod miremur.

Ne tamen longius procedamus, multa nos monent tum antiquorum temporum exempla, tum recentiorum. Tibetanae e. g. caerimoniae ad Catholicarum caerimoniarum quam proxime accedunt speciem [1]; nec tamen ideo Lama omni ex parte pro Romano habendus est pontifice. Sinici uno eodemque tempore plures profiteri religiones haud recusant, inveniasque fortasse illic Christi Buddhaeque imagines iuxta positas; nec tamen inde efficias, nihil interesse inter Christianam fidem ac Buddhisticam philosophiam. Ut exemplo utar ex ipsa illa Romani imperii aetate petito: Quis nescit, Magnae matris cultum cum Mithriaco cultu fuisse coniunctissimum? Atque cum illo in cultu taurobolium fuerit usitatissimum, taurobolium et vere Mithriacam fuisse caerimoniam hucusque nemo non pro certo statuit; sed rem ita non esse demonstravit CUMONT [2], quo nemo in rebus Mithriacis habetur versatior. Nonne eiusmodi exemplum nos docet cautissime et in alias antiquorum temporum inquirendum esse religiones, ne temere confundamus omnia?

Denique, ut in summam tandem complectar disputationem, breviter omnia quae inter Eleusiniaca mysteria atque Isiaca interfuerunt enumerabo. Eleusiniaca certis agebantur diebus, Isiaca incertis. Eleusiniacis vel centeni una initiabantur, etiam singuli Isiacis. Eleusiniacis quemlibet, dummodo ne scelere foedatus vel barbarus esset, initiari fas erat; Isiacis eum tantum, quem ipsa deligeret dea, in somno sese ei offerens. In Eleusiniacis locus non erat astrologiae; astrologiae habebatur ratio in Isiacis. Qui in Eleusiniacis admittebantur ad

1) Cf. e. g. HARDY i. v. Lamaismus, in Wetzer und Weltes Kirchenlexikon² tom. VII, p. 1383 sq.

2) CUMONT i. v. Mithras, p. 3064; Textes et Mon. tom. I, p. 334 adn. 5).

epoptiam, non tamen Eleusine vitae ponebant tabernacula; contra Isiacorum epoptae mysteriorum vitae rationem mutabant [1]), erant turba deae sacrata, cooptabanturque haud raro et sacerdotes [2]).

Quibus omnibus consideratis, temerarium non erit, sic rationem concludere, ea, quae de Eleusiniis innotuerint solemnibus, ad teletas Isiacas explicandas sic temere transferre non licere.

---

1) Cf. LAFAYE. Hist. d. culte des div. d'Alex. p. 118: „L'initiation a — pour résultat d'enlever l'homme à la société, de le faire entrer en communion directe avec le dieu qu'il adore et de lui créer une seconde famille. C'est bien pour lui, comme le dit souvent Apulée, le commencement d'une autre vie".

2) Ap. Met. XI, 17, 30.

§ 11.

Scenicam in Isiacis teletis actionem iam missam faciamus, aliamque potius ineamus difficultatis expediendae rationem. Neque dubium, quin multo firmiore nitantur fundamento, quae de symbolorum in Isiacis vi atque effectu in medium sunt prolata. Etenim cum ex librorum, tum ex inscriptionum reliquiis nemini non innotuit, Aegyptios et vetustissimis temporibus et posterioribus multa divinarum rerum atque ineffabilium sibi finxisse symbola. Quod autem ad tempus illud, de quo agimus, attinet, satis erit vel Hermeticos libros, vel de mysteriis librum, Iamblichi qui fertur, laudare, ubi sect. VII, cpt. 1—3 de theologia symbolica Aegyptiorum copiose disputatur. Licet igitur opinione praesumere, quasdam certe in teletis fuisse partes et symbolorum. Non tamen hoc sic accipere velim, quasi sacra in nocte per symbola disciplina quaedam initiatis sit tradita arcana, sed symbola hic signa potius interpretanda esse reor, quae sacram historiam in mentem revocaverint. Itaque viro doctissimo Anrichio, cum, Rohdianae de mysteriis Eleusiniis coniecturae [1]) memor, et in Isiacis teletis scenicae actionis loco sacra ostentata esse mystis symbola, verisimile putat [2]) quadam ex parte libentissime assentior. Atque haec symbolorum ostentatio quomodo facta sit si quaerimus, imprimis accurate consideremus oportet, quae Foucart de Nilaei caerimoniis rettulit. Sunt autem haec:

---

1) Cf. § 6. 2) Cf. § 6.

„— une inscription grecque du commencement de l'empire, consacrée par une société religieuse de Gallipoli — contenait la liste des associés qui avaient pris part à une cérémonie célébrée sur le Nilaeum. (Bull. de corr. hellén., 1877, p. 410.) En tête sont inscrits ceux qui avaient joué un rôle spécial: le chef du collège, ἀρχωνῶν; cinq chefs pour la manoeuvre des filets, δικτυαρχοῦντες; deux guetteurs, σκοπιάζοντες; deux pilots, κυβερνῶντες; un homme chargé de la mise à l'eau du filet, φελλοχαλαστῶν; un veilleur, ἐφημερεύων; cinq patrons de chaloupes, λεμβαρχοῦντες; un contrôleur, ἀντιγραφόμενος. Bien entendu, c'est une pêche simulée, faisant partie d'une fête d'initiation, car les associés s'intitulent Οἱ δικτυαρχ[ή]σαντε[ς] καὶ τε[λετ]α[ρχ]ήσαντες ἐν τῶι Νε[ι]λαίωι... συνναῦται.

La cérémonie est purement égyptienne. Elle a pour objet de représenter Isis sur la barque de papyrus, cherchant et repêchant les membres d'Osiris jetés dans le Nil par Typhon; c'était, comme je l'ai fait remarquer dans le chapitre précédant, la scène principale des mystères d'Isis. Le Nilaeum était une pièce d'eau dans laquelle on avait versé un peu d'eau du Nil et qui simulait le lac sacré sur lequel Hérodote vit représenter les malheurs d'Osiris" [1]).

Haec etsi festis potius diebus acta videntur, quam incertis, pluribusque potius ostentata, quam singulis, eiusmodi tamen caerimonias, sed minore apparatu et in compendium redactas et Apuleio esse communicatas, a vero non abhorret.

Neque silentio praetereundus est Hippolytus episcopus, qui in quinto adv. Haer. libro p. 142 Ed. Dunck., cum de Naassenis disputat, eos affirmare refert, ὅτι Αἰγύπτιοι, πάντων ἀνθρώπων μετὰ τοὺς Φρύγας ἀρχαιότεροι καθεστῶτες

1) Foucart, Mém. de l'Acad. des Inscr. tom. XXXV, 2me part. p. 37.

καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ὁμολογουμένως τελετὰς καὶ ὄργια θεῶν πάντων ὁμοῦ μεταδόντες πρῶτοι καὶ κατηγγελκότες ἰδέας καὶ ἐνεργείας, ἱερὰ καὶ σεβάσμια καὶ ἀνεξαγόρευτα τοῖς μὴ τετελεσμένοις τὰ Ἴσιδος ἔχουσι μυστήρια· τὰ δ'εἰσὶν οὐκ ἄλλο τι ἢ ἡρπασμένον καὶ ζητούμενον ὑπὸ τῆς ἑπταστόλου καὶ μελανείμονος [1]) *αἰδοῖον Ὀσίριδος*, unde et haec nascitur suspicio, inter sacra symbola *Φαλλὸν* haud ultimum obtinuisse locum [2]). Quae suspicio nec Plutarchi convellitur testimonio in libro de Iside et Osiride 18 narrantis *μόνον δὲ τῶν μερῶν τοῦ Ὀσίριδος τὴν Ἶσιν οὐχ εὑρεῖν τὸ αἰδοῖον· εὐθὺς γὰρ εἰς τὸν ποταμὸν ῥιφῆναι, καὶ γεύσασθαι τόν τε λεπιδωτὸν αὐτοῦ καὶ τὸν φάγρον καὶ τὸν ὀξύρυγχον, οὓς μάλιστα τῶν ἰχθύων ἀφοσιοῦσθαι· τὴν δ' Ἶσιν ἀντ' ἐκείνου μίμημα ποιησαμένην καθιερῶσαι τὸν Φαλλόν, ᾧ καὶ νῦν ἑορτάζειν τοὺς Αἰγυπτίους*, nec Diodori Siculi in Bibl. Hist. lib. I, 22 referentis *τὸ δὲ αἰδοῖον ὑπὸ μὲν Τυφῶνος εἰς τὸν ποταμὸν ῥιφῆναι λέγουσι — ὑπὸ δὲ τῆς Ἴσιδος οὐδὲν ἧττον τῶν ἄλλων ἀξιωθῆναι τιμῶν ἰσοθέων· ἔν τε γὰρ τοῖς ἱεροῖς εἴδωλον αὐτοῦ κατασκευάσασαν τιμᾶν καταδεῖξαι καὶ κατὰ τὰς τελετὰς καὶ τὰς θυσίας τὰς τῷ θεῷ τούτῳ γινομένας ἐντιμότατον ποιῆσαι καὶ πλείστου σεβασμοῦ τυγχάνειν* [3]).

Verum non ideo, quod sacris in conventiculis phalli imago ostenderetur atque adoraretur, temere statuendum est, mystas flagitiosis sese contaminasse libidinibus, quemadmodum in multis priorum scriptorum lucubrationibus ac nunc quoque in quibusdam libris doctrinae speciem prae se ferentibus [4])

1) De Iside nigris vestibus induta cf. Drexler i. v. Isis p. 469 sq.

2) *Φαλλὸν* in cista mystica abditum fuisse suspicatur Hildebrand ad Met. XI, 11.

3) De phallico Osiridis cultu apud Aegyptios cf. Wiedemann. Herod. zw. B. p. 223—225.

4) Cf. e. g. Meyers Konv. Lex.[5] i. v. Isis p. 361 sq. „Der Kult der Göttin bestand in Lustrationen, Festzügen, geheimen, oft zu sinnlicher Lust missbrauchten Weihen."

legimus. Quicunque hac de re certius aliquid cognoscere cupit, is adeat moneo Lafaei opus saepius iam laudatum, ubi eiusmodi flagitia a cultu Isiaco longe afuisse, egregie demonstratum est [1]).

Ceterum Hippolytus Isidis sacra strictim tantum attigit; non enim is erat, qui res mysticas accurate explorare dilucideque exponere curaret. Non omnia scilicet in mysteriis ad sacram pertinuisse fabulam, sed et alius generis caerimonias in iis exstitisse, docet Plutarcheum illud in lib. de Is. et Os. 27, *οὐ περιεῖδε* (sc. *Ἶσις*) *τοὺς ἄθλους καὶ τοὺς ἀγῶνας, οὓς ἀνέτλη, καὶ πλάνας αὑτῆς, καὶ πολλὰ μὲν ἔργα σοφίας πολλὰ δ'ἀνδρείας, ἀμνηστίαν ὑπολαβοῦσαν καὶ σιωπήν, ἀλλὰ ταῖς ἁγιωτάταις ἀναμίξασα τελεταῖς εἰκόνας καὶ ὑπονοίας καὶ μιμήματα τῶν τότε παθημάτων, εὐσεβείας ὁμοῦ δίδαγμα καὶ παραμύθιον ἀνδράσι καὶ γυναιξὶν ὑπὸ συμφορῶν ἐχομένοις ὁμοίων καθωσίωσεν*, i. e. non commisit (sc. Isis) ut silentio et oblivione premerentur certamina aerumnaeque suae et errores, quibus fuerat iactata, neque passa est tam multa sapienter, multa fortiter a se gesta silentio oblitterari, sed sanctissimis teletis admiscens imagines, indicia, et imitamenta suarum calamitatum, simul et pietatis documentum, et solatium viris mulieribusque adversa fortuna utentibus consecravit. Non fabularis tantum historiae in initiatione qualiscumque dabatur repraesentatio, sed varia sacra vinculo, ut supra (§ 8, p. 25) diximus, continebantur mythico.

---

1) LAFAYE, Hist. d. culte des div. d'Alex. p. 53—57. Cf. et J. RÉVILLE, La Religion à Rome sous les Sévères, p. 56.

§ 12.

Quamquam igitur magnam fuisse symbolorum in teletis vim affirmamus, multum tamen abest, ut symbolis tribuamus omnia. Namque ex variis ac diversi generis caerimoniis cum coaluerint mysteria, variae quoque mysteriorum explicandorum rationes sequendae sunt. Implicatus quippe nodus non uno vinculo laxato solvitur, nec uno tantum castello expugnato munitissima capiuntur castra. Manent in mysteriis quae ad symbola referri non possunt, quaeque aliorsum nos devocant. Etenim si is scopus erat initiationis ac finis, ut symbola proporerentur, hymnique canerentur, quam tandem ob causam initiandis ut carne vinoque abstinerent, praecipiebatur? Atque ut propositum teneamus, quam ob causam ad Isiacas teletas admittebatur nemo, nisi quem ipsa dea, in somniis sese ei offerens ad summum hunc destinaret honorem? Ipsa autem Apulei, unde profecti sumus, verba, nempe illa: „Accessi confinium mortis et calcato Proserpinae limine, per omnia vectus elementa remeavi; nocte media vidi solem candido coruscantem lumine; deos inferos et deos superos accessi coram et adoravi de proxumo," — illa verba ad symbola si referuntur, reverane dilucida fiunt? Mira sane res cum Osiridis membra per simulationem sint quaesita, mortis se accessisse confinium affirmare, vel deos se coram accessisse, deque proxumo adorasse, cum nec nisi symbola deorum sint ostentata atque imagines! Iam nihil non ad symbola referre licet! Nisi

forte, quod paulo obscuriora sunt verba supra allata, idcirco omnia ex iis elici posse putemus.

Plura hic perscrutanda sunt, ut eruamus veritatem. Non solum, quasnam adspexerit res Apuleius, sed etiam quonam res adspexerit animo, investigandum est. Iam Aristoteleum illud saepissime laudatum, nunquam tamen decantatum menti occurrit, *τοὺς τελουμένους οὐ μαθεῖν τι δεῖν, ἀλλὰ παθεῖν καὶ διατεθῆναι γενομένους δηλονότι ἐπιτηδείους* [1]). Ipsum autem Apuleium si audimus quonam animi fuerit post initiationem statu, enarrantem, caerimoniis vehementissime fuisse permotum libenter fatebimur:

„Paucis dehinc (i. e. initiatione peracta) ibidem (i. e. sacra in aede) commoratus diebus inexplicabili voluptate <*aspectu*> simulacri divini perfruebar, inremunerabili quippe beneficio pigneratus. Sed tandem deae monitu, licet non plene tamen pro meo modulo supplicue gratiis persolutis, tardam satis domuitionem comparo, vix equidem abruptis ardentissimi desiderii retinaculis. Provolutus denique ante conspectum deae et facie mea diu detersis vestigiis eius [2]), lacrimis obortis singultu crebro sermonem interficiens et verba devorans aio:

„Tu quidem sancta et humani generis sospitatrix perpetua semper fovendis mortalibus munifica, dulcem matris adfectionem miserorum casibus tribuis. Nec dies nec quies ulla ac ne momentum quidem tenue tuis transcurrit beneficiis otiosum, quin mari terraque protegas homines et depulsis vitae procellis salutarem porrigas dexteram, qua fatorum etiam inextricabiliter contorta retractas licia et Fortunae tempestates mitigas et stellarum noxios meatus

1) Ap. Synes. Dion. p. 48 ed. Petav.

2) Cf. Heliod. Aeth. VII, 8, ubi Calasiris, Isidis sacerdos primarius, in aede deae *ῥίπτει μὲν αὐτὸν ἐπὶ πρόσωπον, τοῖς δ' ἴχνεσι προσφὺς τοῦ ἀγάλματος . . .*

cohibes. Te superi colunt [1]), observant inferi, tu rotas orbem, luminas solem, regis mundum, calcas Tartarum. Tibi respondent sidera, redeunt tempora, gaudent numina, serviunt elementa. Tuo nutu spirant flamina, nutriunt nubila, germinant semina, crescunt germina. Tuam maiestatem perhorrescunt aves coelo meantes, ferae montibus errantes, serpentes solo latentes, beluae ponto natantes. At ego referendis laudibus tuis exilis ingenio et adhibendis sacrificiis tenuis patrimonio: nec mihi vocis ubertas ad dicenda quae de tua maiestate sentio sufficit nec <*sufficerent*> ora mille linguaeque totidem vel indefessi sermonis aeterna series. Ergo quod solum potest religiosus quidem sed pauper alioquin, efficere curabo: divinos tuos vultus numenque sanctissimum intra pectoris mei secreta conditum perpetuo custodiens imaginabor."

Ad istum modum deprecato summo numine complexus Mithram sacerdotem et meum iam parentem colloque eius multis osculis inhaerens veniam postulabam, quod eum condigne tantis beneficiis munerari nequirem" [2]).

Credemus tam vehementem animi motum non nisi symbolorum quorundam, ut phalli, si placet, adspectu esse excitatum? Vel narrationibus tantum quibusdam arcanis de Aegyptiacis diis deabusque? Ut ingenue quid sentiam proferam, vix ac ne vix quidem opinor. Rursus ergo, quibusnam tandem operationibus Apuleius in tantae beatitudinis statum evectus sit, pro virili parte examinare conabor atque delineare.

---

1) Cf. ex Pap. Gr. Mus. Ant. Pub. Lugd. Bat. ed. Leemans tom. I, Pap. U, p. 124 col, 2a 17—19, ubi Aegyptiacus quidam deus Isin sic adloquitur: Ἐλθέ *μοι, θέα, θεῶν κράτος ἔχουσα μέγιστον, καὶ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ ἄρχουσα, καὶ σώζουσα θεοὺς πάντας,* Ἶσι.

2) Apul. Met. XI, 24 sq.

§ 13.

Burckhardtius, ut supra (§ 5) vidimus, cum locum Apuleianum atque imprimis illud „deos inferos et deos superos accessi coram et adoravi de proxumo" explicare conaretur, dubius haesit. Scilicet divinas hisce indicari posse species, haud negavit neque in dubium vocavit, variis artificiis, quales quarto adv. Haer. libro enumeravit Hippolytus, illius temporis homines in eum induci errorem potuisse, ut ipsos deos sese adspicere crederent. Verum cum fraudes ubique odorari consentaneum non sit, symbolorum potius adspectu venerabilium mystas summae beatitudinis participes esse factas veritati propius accedere censuit. Quae distinctio reverane sic facta sit, ut tertiae rei non sit locus, nunc quaerere supersedeamus; illud anquiramus, utrum Burckhardtii opinio ipsis Apulei, quae supersunt, operibus confirmetur necne.

Quod autem ad symbola attinet, religiose sane Apuleius quae in mysteriis ei tradita sunt signa, linteolo abscondita servavit [1]). Nec non, ut cetera ad cultum Isiacum pertinentia sic et illa, quae symbola vocaverit quis, eleganter atque artificiose descripsit. Quodsi deorum daemonumve species oblatas aut nusquam commemoraret aut nonnisi contemptim de eiusmodi visis loqueretur, quodam iure contendere posses, Apuleium symbolis divinis nihil habuisse antiquius. Verum

1) Apol. 55: Sacrorum pleraque initia in Graecia participavi. Eorum quaedam signa et monumenta tradita mihi a sacerdotibus sedulo conservo.

longe aliter res se habet. Vix ullum tota antiquitate invenias auctorem, qui plura de spectris, de mortuorum umbris, atque omnino de rebus miris magicisque proferat. Age ipsum librum, unde Isiacarum caerimoniarum desumsimus descriptionem, inspiciamus; ab initio ad finem mirabilia somniorum occurrent visa, simulacra, terriculamenta, incantationes, transfigurationes. Tot miracula haud facile enarasset scriptor, nisi tantam ex miraculis cepisset delectationem. Sed ipsum potius de semetipso audiamus narrantem.

Lucius, qui primas huiusce fabulae agit partes, in oppido Hypatis quae visurus sit mirabilia, secum reputat, „anxius alioquin" — ut ipsius utar verbis — „et nimis cupidus cognoscendi quae rara miraque sunt, reputansque me media Thessaliae loca tenere, quo artis magicae nativa cantamina totius orbis consono ore celebrentur, — suspensus alioquin et voto simul et studio curiose singula considerabam. Nec fuit in illa civitate quod aspiciens id esse crederem quod esset, sed omnia prorsus ferali murmure in aliam effigiem translata, ut et lapides quos offenderem de homine duratos et aves quas audirem indidem plumatas et arbores quae pomoerium ambirent similiter foliatas et fontanos latices de corporibus humanis fluxos crederem. Iam statuas et imagines incessuras, parietes locuturos, boves et id genus pecus dicturas praesagium, de ipso vero coelo et iubaris orbe subito venturum oraculum". [1]) Obviam tum forte fit Lucio Byrrhina parens, eumque ne malis artibus et facinorosis Pamphyles, cuius scilicet coniugis hospitio exceptus est, sese capi patiatur. „At ego" — sic pergit Lucius — „curiosus alioquin, ut primum artis magicae semper optatum nomen audivi, tantum a cautela Pamphyles

1) Met. II, 1.

afui ut etiam ultro gestirem tali magisterio me *vel* ampla cum mercede tradere et prorsus in ipsum barathrum saltu concito praecipitare". [1]) Difficile erit, mirarum rerum atque magicarum studium vividioribus depingere coloribus. Neque fictam hic loqui personam, sed ipsissimum scriptorem, non solum omnes Metamorphoseon libri, sed et cetera Apulei testantur opera.

Evolvamus modo „de deo Socratis" librum, disputationem, quemadmodum voluit scriptor, philosophicam. Ibi de summo numine, de deorum natura, sed praecipue de daemonibus agit. Daemonum describit ordines, definit potestatem, delineat vitam. Daemonum magnas esse in rebus humanis partes diserte dicit, nec non et species quandoque daemonum humanis sese offerre sensibus. Quin etiam Pythagoreos, quorum addictus erat placitis, valde mirari refert, si quis daemones sibi nunquam esse visos affirmet. [2]) Atque hac daemonologia et philosophiam viri contineri [3]), vel inde patet quod Augustinus, Apuleium inter philosophos haud infimum obtinere locum ratus [4]), disputationi illi de deo Socratis redarguendae multam vel navavit operam vel perdidit [5]).

Denique si ad notissimam illam nos vertimus apologiam, quae vulgo „de magia" nuncupatur, eadem occurrunt. Apuleius licet splendide se defenderit, licet iudicis sententia

---

1) Met. II, 6.

2) De deo Socr. 20: At enim Pythagoricos mirari oppido solitos, si quis se negaret unquam vidisse daemonem, satis, ut reor, idoneus auctor est Aristoteles.

3) Cf. Schanz, Röm. Litt. tom. III, p. 117: „— die Philosophie war in seinen (i. e. Apuleius) Augen nicht das Reich lichter Gedanken — die Philosophie war ihm mehr Kenntnis der verborgenen Kräfte der Natur und der Geisterwelt".

4) Aug. De civ. Dei, VIII, 12. „E quibus (sc. Platonicis) sunt valde nobilitati Graeci, Plotinus, Iamblichus, Porphyrius: in utraque autem lingua, id est, et graeca et latina, Apuleius Afer exstitit Platonicus nobilis".

5) De civ. Dei, VIII, 14—22, IX, 3, 6—8, 10—13.

haud dubie sit absolutus, nemini tamen persuadere potuit, se magicis artibus usum non esse. Atque ne rursus hic proferam, quae a philologis plus semel prolata sunt, hoc tantum, quod i. a. viri doctissimi ROHDE [1]) et MONCEAUX [2]) observaverunt atque exposuerunt, urguebo, Apuleium non semper ad ea, quae sibi obiiciantur, respondere, sed rebus saepe diuque immorari secundariis. Quodsi demonstrari non potest, Apuleium magicis artificiis mala perpetrasse facinora, contra neque negari potest, Apuleium occultas res perscrutando ansam eiusmodi praebuisse criminationum [3]). Posterioribus certe temporibus fama de Apuleio mago in immensum crevit. Madaurensis apud Christianos famosissimus praestigiator, apud gentiles tanquam alter Christus ferebatur [4]).

Quae cum ita sint, causam non video, cur Apuleium symbolis potius quam spectris magicisve artibus quantumvis falsis, tam vehementer permotum fuisse, quam ex ipsius patet narratione, statuamus.

---

1) E. ROHDE, Zu Apuleius, Rh. Mus. XL p. 89.

2) P. MONCEAUX, Apulée magicien, Rev. d. deux mond. tom. 85, p. 584; cf. et Rom. et mag. p. 257 sq.

3) P. MONCEAUX, Ap. mag. p. 601, cf. et Rom. et mag. p. 291.

4) P. MONCEAUX, Ap. mag. p. 601—608; cf. et Rom. et mag. p. 292—307.

§ 14.

Magicae artis cum fecerimus mentionem, et hoc investigemus oportet, quaenam eius fuerint partes in mysteriis. Quod sic faciemus ut, eandem quam supra disputandi secuti rationem, mysticis sacris sacra opponamus magica, quaeque inter se habuerint communia, examinemus. Qua in re non omnia recensere fert animus, sed ea tantum, quae maximi sint ad quaestionem profligandam momenti, exponere.

Mysticos autem magicosque ritus inter se conferentibus ultro sese offerunt eadem et in his et in illis caerimoniarum nomina. Circulatoriae praestigiae operationesque theurgicae [1]) haud aliis notantur appellationibus, quam augustissima vel Samothracica, vel Eleusiniaca solemnia. Vocantur enim, ut § 8 p. 26 adn. 3) observavimus, *δρώμενα*, vocantur et *μυστήρια* et *τελεταί*.

Quaedam adiiciamus exempla. Sophista ille, qui Hippocratis sub nomine libellum de morbo sacro in lucem emisit, de quodam *θαυματουργῶν* genere sic loquitur, 4: *Eἰ γὰρ σελήνην τε καθαιρέειν καὶ ἥλιον ἀφανίζειν καὶ χειμῶνά τε καὶ εὐδίην ποιέειν καὶ ὄμβρους καὶ αὐχμοὺς καὶ θάλασσαν ἄπορον καὶ γῆν ἄφορον καὶ τἄλλα τὰ τοιουτότροπα πάντα ὑποδέχονται ἐπίστασθαι· εἴτε καὶ ἐκ τελετέων εἴτε καὶ ἐξ ἄλλης τινὸς γνώμης ἢ μελέτης φασὶ οἷοι τε εἶναι κτλ.*

---

1) De theurgia, quanam fuerit specie, copiose Lobeck, Agl. tom. I lib. I § 14, quidnam sibi revera voluerit, prudenter disputavit Amélineau, Essai sur le Gnosticisme égyptien, p. 54—65.

Philo Judaeus, De sacrificantibus, tom. II p. 260, Ed. Mangey: — *τὰ περὶ τελετὰς καὶ μυστήρια, καὶ πρὸς τὴν τοιαύτην τερθρείαν καὶ βωμολοχίαν, ἐκ τῆς ἱερᾶς ἀναιρεῖ* (sc. deus Judaeorum) *νομοθεσίας· οὐκ ἀξιῶν τοὺς ἐν τοιαύτῃ πολιτείᾳ τραφέντας ἐργάζεσθαι, καὶ μυστικῶν πραγμάτων ἐκκρεμαμένους ὀλιγωρεῖν ἀληθείας, καὶ τὰ νύκτα καὶ σκότος κεκληρωμένα μεταδιώκειν, παρέντας τὰ Φωτὸς καὶ ἡμέρας ἄξια. μηδεὶς οὖν μήτε τελείσθω τῶν Μωσέως Φοιτητῶν καὶ γνωρίμων μήτε τελείτω· ἑκάτερον γάρ, τό τε μανθάνειν καὶ τὸ διδάσκειν τελετάς, οὐ μικρὸν ἀνοσιούργημα.* In Luciani Necyomantia magi Zoroastraei dicuntur *ἐπῳδαῖς τε καὶ τελεταῖς τισιν ἀνοίγειν τε τοῦ Αἴδου τὰς πύλας*, ib. 6. Simonis magi praestigias, quibus pueri speciem ex aëre format, *τελετὴν* vocat Ps. Clemens Romanus, Hom. II, 26. Saepe et verbum *τελεῖν* ad magicas incantationes refertur et consecrationes, cf. Orph. Lith. 591 Ed. Abel:

ὅσα λύματ' ἐπὶ σΦίσιν ἠδ' ἐπαιοιδὰς
σχέτλιοι ἀλληλοῖσι μεγαίροντες τελέουσι,

cf. Olymp. Phot. Bibl. cod. 80 p. 58, 22: *ἄγαλμα τετελεσμένον*[1]). *Τέλεσμα*, unde notissima vox „talisman" derivatur, amuletum significat ac phylacterium. Ps. Just. Qu. ad Orth. 24: *τὰ Ἀπολλωνίου τελέσματα.* Hippolytus, Adv. Haer., p. 48 astrologiam magicasque disciplinas *τὰ μυστικά* nuncupat. Quae Democriti ferebantur *Φυσικὰ*[2]) *καὶ μυστικά*, alchymiam docent[3]). Ammianus Marcellinus, XXIV,

---

1) De statuis magice consecratis cf. Lobeck, Agl. tom. I, p. 108 et p. 727—730.

2) De huius vocis significatione cf. Lobeck, Agl., tom. I, p. 753; cf. et A. Dieterich, Abraxas, p. 51 adn. 2): „*οἱ φυσικοί* hiessen später die Zauberer, *φυσικὰ φάρμακα* Zaubermittel, *δακτύλιοι φυσικοί* Zauberringe (schol. zu Ar. Plut. 884)".

3) Cf. Schmieder, Gesch. der Alchimie, p. 64 sq. et Reuvens, Lettres à M. Letronne, III, p. 73—75.

1 ritu magicos in divinatione „disciplinas mysticas" nuncupat. Servius ad Georg., IV, 503: *mysticum est: dicitur enim bis eandem umbram evocare non licere*. Sagae mortuum evocantis miracula *μυστήρια* vocat Heliodorus, Aeth.' VI, 15. In papyris magicis qui scilicet artis theurgicae continent praecepta, caerimoniarum mysticarum passim occurrunt nomina. Pap. Par. 1596: *ἔστιν δὲ κατὰ πάντων τελετὴ ἥδε· πρὸς ἥλιον λόγος· ἐπικαλοῦμαι σε, τὸν μέγιστον θεὸν κτλ.* Libr. apocr. Moïs.[1]) Ed. Dietr. p. 172, 2: *πρὸ εἴκοσι μιᾶς ἡμέρας τῆς τελετῆς*, p. 187, 12: *πλήρης ἡ τελετὴ τῆς Μονάδος προσεφωνήθη σοι, τέκνον*, p. 173, 12: *εἰ μὴ γὰρ αὐτοὺς* (sc. quosdam deorum ordines) *καλέσῃ, οὐκ ἐπακούουσι ὡς ἀμυστηριάστῳ σοὶ ὑπάρχοντι*, p. 180, 19: *ἄρξαι δὲ λέγειν — τὸ μυστήριον τοῦ θεοῦ*. Pap. V. Ed. Leemans. col. 3ª 21: *ἐδωρήσω τὴν τοῦ μεγίστου Ὀνσοῦ γνῶσιν, ἣν καὶ τηρήσω ἁγνῶς, μηδενὶ μεταδιδούς, εἰ μὴ τοῖς σοῖς συμμύσταις εἰς τὰ[ς σ]ὰς ἱερὰς τελετάς.* Neoplatonici, ubi theurgiae faciunt mentionem, verbis utuntur e re mystica desumptis. Multa huc pertinentia Lobeck, cui nonnulla et huius enumerationis debeo, contulit, Agl. lib. I § 13 et 14, e quibus sufficiat unum hoc Synesii laudare, De insomniis p. 144*a*: *ἔνιαι τῶν ἐπὶ προγνώσει τελετῶν τοὺς ἱεροφάντας — ἀπὸ τῶν μεγίστων τιμημάτων αἱροῦνται* (operosum apparatum requirunt) *καὶ δεῖ δαπάνης συχνῆς καὶ τύχης συγκομίσαι Κρῆσσαν βοτάνην καὶ πτερὸν Αἰγύπτιον καὶ ὀστέον Ἰβηρικόν.* Neque aliis utebantur appellationibus Byzantini. In opusculo, in quo

---

1) *Βίβλος ἱερὰ ἐπικαλουμένη μονὰς ἢ ὀγδόη Μουσέως περὶ τοῦ ὀνόματος τοῦ ἁγιοῦ.* Usus sum recentiore editione, quam A. Dieterich egregiae disputationi de Abraxa adiecit, Abr. p. 167—205. Primam editionem praebuit Leemans in „Pap. Gr. Mus. Ant. Pub. Lug. Batav.", tom. II, p. 77—198, ubi liber ille Moïsis Pap. W. nuncupatur.

de daemonibus quaenam sentiant Graeci[1]), exposuit Psellus, legimus, p. 40, Ed. Boiss: Ἡ γοητεία δέ ἐστι τέχνη τις περὶ τοὺς ἐνύλους καὶ χθονίους δαίμονας[2]), φαντασιοσκοποῦσα τοῖς ἐπόπταις τὰ τούτων εἴδωλα, cf. et p. 41, 42, 43. Cf. et Malalas, Chronograph., p. 42: ἔμαθε δὲ καὶ μυστικά τινα καὶ ἐγένετο ἀνὴρ σοφὸς καὶ ἐν μυσταγωγίαις ὁ αὐτὸς Διόνυσος, καὶ ἐποίει φαντασίας τινὰς θαυμάτων. ὅστις καὶ πρὸς Πέρσας καὶ πρὸς Ἰνδοὺς καὶ εἰς πολλὰς χώρας ἀπῆλθε, καὶ πολεμῶν φαντασίας τινὰς θαυμάτων ἐδείκνυεν, ἔχων στρατὸν μεθ' ἑαυτοῦ πολύν. Cf. et p. 21, 86 quaeque alia exhibet exempla in Graecanicae linguae thesauro E. A. Sophocles[3]).

E quibus omnibus apparet, et eadem vocabula in re magica usurpata esse atque in re mystica, et vocabula in re mystica usitata magis magisque ad rem magicam esse tracta. Quod certe non evenisset, nisi quaedam inter utriusque generis sacra fuisset similitudo[4]). Sed in ipsas potius inquiramus caerimonias, quaeque et magis observanda fuerint et mystis, ordine, quoad possimus, percurramus[5]).

Quicunque magicas operationes perficere cupiebant, primum multis modis sese purificare corpusque sive fluvialibus aquis sive marinis adspergere solebant. Sic Medea, deos noctis invocatura,

---

1) Τίνα περὶ δαιμόνων δοξάζουσιν οἱ Ἕλληνες, quem libellum una cum aliis Pselli opusculis edidit J. F. Boissonade, a. 1838.

2) De hisce daemonibus data opera disputat Psellus in libello „De operationibus daemonum", p. 17 sqq. ed. Boiss.

3) E. A. Sophocles. Greek Lexicon of the Roman and Byzantine Periods.

4) Et illud ex Jamblichi dramate Excerpt. Phot. 10: διεξέρχεται ὁ Ἰάμβλιχος μαγικῆς εἴδη, μάγον ἀκρίδων καὶ μάγον λεόντων καὶ μάγον μυῶν· πρώτην γὰρ εἶναι τὴν τῶν μυῶν μαγικήν, etsi, quod ad etymologiam spectat, insulsissimum est, quandam tamen mysteriorum et magices probat similitudinem.

5) Ante oculos hic habui A. Dieterichium, Abraxas, p. 157 adn. 2).

ter [1]) sumptis flumine crinem
irroravit aquis,

Ovid. Met. VII, 189 sq. Sic in Luc. Necyomant. 7. Menippus, priusquam infernas adierit sedes, a mago se esse ablutum narrat: Παραλαβὼν δέ με ὁ ἀνὴρ (sc. Mithrobarzanes magus) πρῶτα μὲν ἡμέρας ἐννέα καὶ εἴκοσιν ἅμα τῇ σελήνῃ ἀρξάμενος ἔλουε κατάγων ἕωθεν ἐπὶ τὸν Εὐφράτην. Sic theurgica qui peragebant sacra, a lustrationibus capiebant exordium, cf. e. g. Procl. In Crat. p. 106: ὁ θεουργὸς ὁ τῆς τελετῆς τούτου (s. Apollinis [2])) προκαθηγούμενος ἀπὸ τῶν καθάρσεων ἄρχεται καὶ τῶν περιῤῥάνσεων

Αὐτὸς δ' ἐν πρώτοις ἱερεὺς πυρὸς ἔργα κυβερνῶν
κύματι ῥαινέσθω παγερῷ βαρυηχέος ἅλμης.

Venere [3]) autem cibisque quibusdam ac potionibus abstinebant, resque sordidas ne contingerent, quam maxime vitabant. Sic eadem illa Medea *refugit viriles contactus*, Ovid. Met. VII, 239 sq. Sic Apollonium Tyanaeum, omnium magorum et decus et lumen [4]), venereas voluptates, carnem, vinum, omnem per vitam abominatum esse refert Philostratus, Vit. Apoll. I, 8, 13; sic vel γόητας perditis-

1) Numeris quibusdam, ut, 3, 7, vel simplicibus vel multiplicatis perquam gaudere magos, vix est quod moneam.

2) Specimen eiusmodi Ἀπολλωνιακῆς ἐπικλήσεως praebet unus e duobus illis papyris, quos in Abh. der Kön. Akad. d. Wiss. zu Berlin, a. 1866 edidit Parthey, Pap. I, 263—347. Cf. quae hac de invocatione disputat Améli-neau, Ess. s. l. Gnost. ég., p. 315—318.

3) Kroll, Antiker Aberglaube, p. 29: „So glaubte man, dass die Bewahrung der Keuschheit hervorragende Kraft verleiht. — Bei Erwachsenen wird die Keuschheit ersetzt durch zeitweilige Enthaltung; sie wird von den Zauberern während der Vorbereitungszeit, die einer Geisterbeschwörung stets vorangeht, fast immer gefordert".

4) Non indignum est, quod laudemus, Augustini illud de Apollonio, Ep. CXXXVIII, ad Marcellinum, 18: „Multo enim melior, quod fatendum est, Apollonius fuit, quam tot stuprorum auctor et perpetrator, quem Iovem nominant".

simos *πρὸς ὀλίγον ἀπέχεσθαι τῶν ἀκαθάρτων βρώσεων* observat Porphyrius, De abst. II, 45. Eadem et papyri magici praecipiunt, Lib. apocr. Moïs., p. 169, 5 sq.: *ἁγνὸς μεῖνον ἡμέρας μα'*, ib. 14. *ἅγνευσον*. Accuratius in Pap. Parth. I, 289—291: *ἀπεχόμενος ἀπὸ πάντων μυσαρῶν πραγμάτων καὶ πάσης ἰχθυοφαγίας*[1]) *καὶ πάσης συνουσίας*.

Sed et certis opus erat vestimentis Pap. Par. ap. Dietr. Abr. p. 79: *ἴσθι δὲ σινδόνα καθαρὰν περιβεβλημένος Ἰσιακῷ*[2]) *σχήματι*, Lib. apocr. Moïs., p. 179, 9: *ἐν λίνοις ἴσθι καθαροῖς*, sertis, ib. *ἐστεμμένος ἐλαΐνῳ στεφάνῳ*, Pap. Parth. II, 27 sq.: *Εὐχόμενος δὲ στέφ[αν]ον ἔχε δάφνινον*, 69 sqq., ramis, Pap. Parth. I, 72 sq.: *ἔχε μυρσίνης κλάδον*, 264: *λαβὼν κλῶνα δάφνη[ς] ἑπτάφυλλον*, 280 sq., 337 sq., II, 21, 35 sq., taeniis, Apul. Apol. 30, filis versicoloribus, Virg. Ecl. VII, 73, sq. Apul. Apol l. l. Nemes. Ecl. IV, 68. Saepe et crines laxabantur, et pes pedesve denudabantur, Ovid. Met. VII, 183: *Nuda* (sc. Medea) *pedem, nudos humeris infusa capillos*, Hor. Sat. I, VIII, 24: *Canidiam pedibus nudis*. Multus et facum[3]) erat usus et lucernarum, Ovid. Met. VII, 259, Pap. Parth. I, 277: *λαβὼν λύχνον ἀμίλτωτον*, cf. et Pap. V. col. 1ª 22, col. 4ª 25 sq. Nonnunquam et qui sacrorum participes erant, limo gypsoque illinebantur rursusque detergebantur, Luc. Necyomant. 8:

---

1) *Πάρεδρος* ille, qui in Pap. Parth. I, 1—196 invocatur, *ὕδωρ φέρει, οἶνον, ἄρτον καὶ [ὃ ἂν] ἐθέλῃς ἐκ τῶν ἐδεσμάτων, ἔλαιον, ὄξος, χωρὶς ἰχθύων [μό]νων*, v. 102—104. Pisces ad magiam utiles non esse data opera exponit Apuleius in Apol. 31. Cf. et Herod. II, 37, quaeque ad hanc paragraphum adnotavit WIEDEMANN, Herod., Zw. B., p. 175—177.

2) Cf. Pap. Par. 2132 sq.: *ποίησον δάκτυλον, ἐφ' ᾧ γεγλύφθω λέων ἀκέφαλος ἀντὶ δὲ τῆς κεφαλῆς ἐχέτω βασίλειον Ἴσιδος*, Pap. Parth. I, 58 sq.: *ἔχων τελαμῶνα μέλανα Ἰσιακόν*.

3) KROLL, Ant. Abergl., p. 35: „Die bösen Geister sind lichtscheu und fliehen daher jedes Feuer; auf dieser Grundanschauung beruht die Verwendung der Fackel".

(Magus) περὶ μέσας νύκτας ἐπὶ τὸν Τίγρητα ποταμὸν ἀγαγὼν ἐκάθηρέ τε με καὶ ἀπέμαξε καὶ περιήγνισε δᾳδίοις καὶ σκίλλῃ καὶ ἄλλοις πλείοσιν.

Iam nox venit expectata omniaque ad sacrificium [1]) necessaria parat theurgus. Effodit scrobem, ut e. g. Medea

> egesta scrobibus tellure duabus
> sacra facit,

Ovid. Met. VII, 243 sq.; cf. et Luc. Necyomant. 9, Heliod. Aeth. VI, 14, Gr. Egypt. frg. o. Magic, Ed. Goodwin, p. 3, Pap. V. col. 7ᵃ 1, 3. Miscet libationes, Ovid. Met. VII, 246 sq. Luc. l. l. Heliod. l. l. Pap. V. col. 7ᵃ 4: ἐπισπένδειν οἶνον, μέλι, γάλα, κρόκον. Libr. apocr. Moïs., p. 179, 7 sq. καὶ σπονδὴν (ἔχε) οἴνου κεράμιον καὶ ἀγγεῖον μέλιτος μεστόν, ἵνα ἂν σπείσῃς. Libationibus et placenta conspergit, Pap. Parth. I, 286—288 σπονδὴν τέλεσο]ν ἀπὸ οἴνου καὶ μέλιτος καὶ γάλακτος καὶ ὀμβρίου ὕδατος [ἐ]πὶ πλακοῦντας ζ' καὶ πόπανα ζ'. Immolat varii generis hostias, ut gallos gallinaceos, Pap. V. col. 7ᵃ 2, Lib. apocr. Moïs. p. 170, 1, 14; 171, 13, passim; anseres, Pap. V. l. l. oves, Ovid. Met. VII, 244, Luc. l. l.

Hisce rite paratis, fas est species expectare deorum terribiles sane, Pap. Mus. Brit. 46, 184 sq. ap. Dietr. Abr. p. 63: (Ἑρμῆς) Φρικτὸς μὲν ἰδεῖν, Φρικτὸς δ' ἀίειν, si magicas neglexeris caerimonias. Sic Artemin (Hecaten) quam invocat Medea, legimus venire

---

1) Sacrificiorum quaenam sit vis ad daemones alliciendos, indicat Porphyrius, De abst., II, 58. Fusius de deorum cum sacrificiis communione disputat Ps. Jamblichus, De myst. V, cf. imprimis ib. 23. Iuvat et Pselli afferre testimonium, De operat. daem., p. 11: — πρὸς τοῦτο πᾶσιν αὐτοῖς (sc. sectae cuidam gnosticae) ἡ σπουδὴ συντείνει καὶ ἔντευξις καὶ θυσία καὶ τελετή, καὶ πᾶν ἐπίῤῥητον καὶ ἀπόῤῥητον, τῆς αὐτοφανείας ταύτης (sc. daemonum) ἕνεκα, παρ' αὐτοῖς τελεῖται.

δεινὴν ἀνθρώποισιν ἰδεῖν, δεινὴν τ' ἐσακοῦσαι,
εἰ μή τις τελετὰς πελάσει καὶ θύσθλα καθαρμῶν,

Orph. Argonaut., 903 sq. Cf. et Procl. Ad Alc. prim., tom. II, p. 106, Ed. Cous., Pap. Par. ap. Dietr. Abr. p. 79. Quin vel theurgis, ne deos coram adspiciant, praecipitur, Lib. apocr. Moïs. p. 185, 5: *εἰσελθόντος δὲ τοῦ θεοῦ μὴ ἐνατένιζε τῇ ὄψει, ἀλλὰ τοῖς ποσὶ βλέπε*, p. 186, 17: *ἐπὰν εἰσέλθῃ οὖν ὁ θεός, κάτω βλέπε.* Denique nomina deorum daemonumque arcana religioso texisse silentio theurgos, nec nisi vel papyris vel tabellis ex plumbo albo confectis inscripta (Pap. Par. 2112, 3014, 1255) fidis commisisse discipulis, vix est quod moneam.

Haud absimilia in mysteriis invenimus. Orpheotelestas enim initiandis praecepisse, ut lustralia susciperent sacra, ut vestes induerent linteas, ut vino, carnibus, aliisque quibusdam cibis abstinerent, ut rerum sordidarum contactum vitarent, nulli non notum est, deque vita Orphica copiose disputavit Lobeck, Agl. tom. I, lib. II, p. 244—255.

Et in Sabazii cultu mystas multis modis esse purificatos, ex Demosthenis oratione Pro cor. p. 313 [1]) cognoscimus, ubi Aeschini obiicit, quod foedorum illorum particeps fuerit orgiorum, *τὴν μὲν νύκτα νεβρίζων καὶ κρατηρίζων καὶ καθαίρων τοὺς τελουμένους καὶ ἀπομάττων τῷ πηλῷ καὶ τοῖς πιτύροις καὶ ἀνιστὰς ἀπὸ τοῦ καθαρμοῦ κτλ.*

Verum mysteriis privatim celebratis non est quod diu immoremur; ad Samothracia potius transeamus solemnia. De quibus paucissima tantum innotuerunt, ita ut imaginem caerimoniarum nobis informare nullo queamus modo; sed mystas fascia purpurea ventrem circumligasse, traditur

---

1) Hoc quoque de loco conferenda sunt quae profert Lobeck, Agl. tom. I, lib. II, p. 646—659.

in schol. ad Apoll. Rhod. Arg., I, 917, περὶ — τὴν κοιλίαν οἱ μεμυημένοι (sc. in Samothraciis teletis) ταινίας ἅπτουσι πορφυρᾶς, et inter aedium sacrarum rudera scrobes quoque detectae sunt, RUBENSOHN, Die Mysterienheiligtümer in Eleusis und Samothrake, p. 125, 126, 131, passim.

Plura de Andanicis mysteriis cognoscimus eaque ex fonte quam optimo. Superest enim inscriptio, in qua omnia, quae ad solemne opus erant, enumerantur. In initio autem huiusce inscriptionis, quam egregiis adnotationibus instructam edidit SAUPPE, Die Mysterieneinschrift von Andania, Abh. der königl. Gesellsch. d. Wiss. zu Göttingen, VIII, 1860, p. 217—274, legimus p. 227: Περὶ ἱε]ρῶν καὶ ἱερᾶν. Ὁ γραμματεὺς τῶν συνέδρων τοὺς γενηθέντας ἱεροὺς ὁρκιξάτω παραχρῆμα, ἂμ μή τις ἀρρωσ[τεῖ, | ἱερῶ]ν καιομένων, αἷμα καὶ οἶνον σπένδοντας, τὸν ὅρκον τὸν ὑπογεγραμμένον· κτλ. De coronis quaedam occurrunt p. 229: Στεφάνων. Στεφάνους δὲ ἐχόντω οἱ μὲν ἱεροὶ καὶ αἱ ἱεραὶ πῖλον λευκόν, | τῶν δὲ τελουμένων οἱ πρωτομύσται στλεγγίδα. ὅταν δὲ οἱ ἱεροὶ παραγγείλωντι, τὰμ μὲν στλεγγίδα ἀποθέσθωσαν, | στεφανούσθωσαν δὲ πάντες δάφνᾳ. Mox εἱματισμοῦ quaenam sit ratio, exponitur. Οἱ τελούμενοι τὰ μυστήρια ἀνυπόδετοι ἔστωσαν καὶ ἐχόντω τὸν | εἱματισμὸν λευκόν, — καὶ αἱ | μὲν ἰδιώτιες ἐχόντω χιτῶνα λίνεον — αἱ δὲ παῖδες καλάσηριν [1]) ἢ σιν | δονίταν — αἱ δὲ δοῦλαι καλάσηριν ἢ σινδονίταν — μὴ ἐχέτω δὲ μηδεμία (sc. γυνὴ) — τὰς τρίχας ἀμπεπλεγμένας μηδὲ ὑπο | δήματα εἰ μὴ πίλινα ἢ δερμάτινα ἱερόθυτα (haec nempe ad lustrationem pertinebant). De sacrificiis haec memorantur, p. 233: θυσάντω τᾷ μὲν Δάματρι σῦν ἐπίτοκα, Ἑρμᾶνι κριόν, Μεγάλοις θεοῖς δάμαλιν σῦν, Ἀπόλλωνι Καρνείῳ κάπρον, Ἁγνᾷ

1) De καλάσηρι, veste ex linteo confecta cf. Herod. II, 81.

δῖν. Cf. et. p. 239. Ἀλείμματος denique καὶ λουτροῦ quaenam cura habenda sit, p. 244 praecipitur. Atque haec quidem de inscriptione; verum et quae Pausanias refert IV, XXVI, 6, lectori in mentem revocare iuvat, Andanica nempe cum instaurarentur mysteria, in monte Ithome magnorum deorum teletas, quas plumbo albo inscriptas in hydria abscondidisset Aristomenes, rursus esse effossas.

Denique et in Eleusiniis mysteriis eadem quae in ceteris invenimus. Permultis quippe lustrationibus functos esse initiandos, nulli non innotuit, nec quisquam, opinor, exclamatio illa „ἅλαδε μύσται" quid sibi voluerit, nescit. Et ieiunium, idque, ut verisimile est, per novem [1]) illos dies festos, servabant. Quibus autem abstinendum fuerit cibis, memoriae prodidit Porphyrius, De abst. IV, 16: παραγγέλλεται γὰρ Ἐλευσῖνι ἀπέχεσθαι καὶ κατοικιδίων ὀρνίθων καὶ ἰχθύων καὶ κυάμων ῥοιᾶς τε καὶ μήλων, καὶ ἐπίσης μεμίανται τό τε λέχους ἅψασθαι καὶ τὸ θνησειδίων. Cf. et Diog. Laert. VIII, 33, Plut. De sollert. anim. XXXV, 11; Ael. Hist. anim. IX, 65. Hieron. Adv. Iov. II, 14. De castitate in Eleusiniis mysteriis observanda cf. Arrian. Diss. Epict. III, XXI, 16: οὐκ ἐσθῆτα ἔχεις, ἣν δεῖ τὸν ἱεροφάντην [2]), οὐ κόμην οὐ στρόφιον οἷον δεῖ, οὐ φωνήν, οὐχ ἡλικίαν, οὐχ ἥγνευκας ὡς ἐκεῖνος. Iul. Orat. V, p. 173 c. Ed. Spanh. παρὰ Ἀθηναίοις οἱ τῶν ἀῤῥήτων ἁπτόμενοι παναγεῖς εἰσι καὶ ὁ τούτων ἐξάρχων ἱεροφάντης ἀπέστραπται πᾶσαν τὴν γένεσιν, Hippol. Adv. Haer., p. 164: ὁ ἱεροφάντης, οὐκ ἀποκεκομμένος μέν, ὡς ὁ Ἄττις, εὐνουχισμένος δὲ διὰ κωνείου καὶ πᾶσαν παρῃτημένος τὴν σαρκικὴν γένεσιν, Hieron. Adv. Iov., I, 49: „Hierophantas quoque Atheniensium usque hodie cicutae

1) Cf. H. S. ANTON, Die Myst. von Eleus., p, 41.

2) De hierophantae dignitate cf. imprimis quae disputavit A. MOMMSEN, Feste der Stadt Athen², p. 256—259.

sorbitione [1]) castrari". Ep. CXXIII ad Ageruchiam, 8: „Hierophanta apud Athenas eiurat virum et aeterna debilitate fit castus". Tum et sacerdotes et mystas myrtis sese coronasse, haud obscura fama est, A. MOMMSEN, Feste der Stadt Athen[2], p. 256, adn. 4). Coccinea fila initiatis ad dextrum bracchium pedemque sinistrum esse alligata, testatur Bekk. An. p. 273: *οἱ μύσται κρόκῃ καταδοῦνται τὴν δεξιὰν χεῖρα καὶ τὸν ἀριστερὸν πόδα, καὶ τοῦτο λέγεται κροκοῦν*, cf. Phot. p. 133, Etym. M. i. v. *ἡμεροκαλλές*. Victimae caedebantur plurimae, nec liba (*πόπανα πολυόμφαλα*, Clem. Alex. Protr. p. 19) deerant, nec libationes; quibus de caerimoniis data opera disputaverunt A. MOMMSEN, Feste der Stadt Athen[2], p. 216 sq., 233 sq. et H. S. ANTON, Die Myst. von Eleus., p. 78, cf. et p. 43, 44, 48. Adde, quod sacratissimae caerimoniae, quibus ipsi dii ipsique daemones adesse credebantur, Plut. De def. or. 13: *δαίμονας — ἐπισκόπους θείων ἱερῶν καὶ μυστηρίων ὀργιαστάς*, De fac. in orb. lun. 30: *οἱ δαίμονες — καὶ ταῖς ἀνωτάτω συμπάρεισι καὶ συνοργιάζουσι τῶν τελετῶν*, noctu ad multarum facum splendorem celebrabantur; quod ipsarum caerimoniarum adspectus terribilis, Aristid. Orat. XIX, p. 415: — *κοινόν τι τῆς γῆς τέμενος* (sc. Eleusis) — *καὶ πάντων ὅσα θεῖα ἀνθρώποις, ταὐτὸ φρικωδέστατόν τε καὶ φαιδρότατον*,

1) Dicendum erat „admotione"; illitum enim esse pudendis conium satis testatur Ovid. Am. III, VII, 13 sq:

> Tacta tamen veluti gelida mea membra cicuta
> Segnia propositum destituere suum.

Cf. et H. SCHULZ, i. v. Coniin, Real-Encycl. der gesammt. Heilk. tom. IV, p. 463: „Ferner wird berichtet, dass die Priester, welche bei den eleusinischen Mysterien zu fungieren hatten, sich das Gelübde der Keuschheit durch den Gebrauch des Schierlings zu erleichteren pflegten, wie denn auch späterhin CAESALPINUS schrieb, dass der Schierling ein Mittel sei, dienlich „*ad refrigerandos testiculos in intempestiva nocturna pollutione*".

Plut. Frg. de an. 2: πρὸ τοῦ τέλους αὐτοῦ τὰ δεινὰ πάντα, φρίκη καὶ τρόμος καὶ ἱδρὼς καὶ θάμβος, De prof. virt. 10: οἱ τελούμενοι — δρωμένων δὲ καὶ δεικνυμένων τῶν ἱερῶν, προσέχουσιν ἤδη μετὰ φόβου καὶ σιωπῆς, De fac. in orb. lun. 28: οἵαν (sc. χαρὰν) οἱ τελούμενοι μάλιστα θορύβῳ καὶ πτοήσει συγκεκραμένην μετ' ἐλπίδος ἡδείας ἔχουσι, iisque qui teletis muniti non essent, prorsus perniciosus habebatur, Aelian. Frg. 143, Ed. Hercher.: Ἀνὴρ λίχνον ὄμμα καὶ ἀσελγὲς πιαίνων κακῇ ἑστιάσει, τὰ τῆς Φερρεφάττης ὄργια ἐδίψησε θεάσασθαι, ἀτέλεστος ὤν, καὶ τὰ μὲν πρῶτα αἱ ἱέρειαι ἐπειρῶντο αὐτὸν πραΰνειν καὶ ἀντέχειν τῆς ὁρμῆς. βιαίως δὲ καὶ ἀτέγκτως διακειμένου [1]), τῶν μὲν ἀποῤῥήτων καὶ ἃ μὴ ἰδεῖν λῷον ἦν, τούτων οὐκ ἐκοινώνουν οἱ· τῶν δὲ πρώτων [2]) καὶ ἐξ ὧν οὔτε τοῖς θεασαμένοις οὔτε τοῖς δείξασιν ἔμελλέ τι ἀπαντήσεσθαι δεινόν, παρεῖχόν οἱ βλέπειν ταῦτα; quodque deorum nomina arcana silentio premebantur religioso, cf. MAURY, Hist. d. rel. d. l. Gr. ant., tom. II, p. 300 adn. 3), nec maior unquam Atheniensium erat ira, quam si mysteria divulgata esse suspicabantur, cf. H. S. ANTON, Die Myst. von Eleus., p. 2 sq.

De sacrorum ordine ac ratione vidimus; nunc, quis scopus fuerit ac finis, videamus. Quod autem ad magiam attinet, rem paucis absolvere licet. Nempe ad magicas artes homines confugiunt, ut futura praenoscant, ut morbos depellant, ut pericula propulsent, ut inimicorum defendant iniurias, ut miraculorum optatissimo fruantur adspectu. Sed et mystica sacra eandem ob causam coluisse initiandos, accuratius demonstrandum est, antiquorum scriptorum testimonio adhibito.

---

1) Praebet LOBECK, Agl., tom. I, p. 53: βιαίως δὲ ἐγκειμένου.

2) Hac de locutione cf. LOBECK, Agl. tom. I, p. 54.

Apud Theophrastum e. g. homo credulus atque sollicitus in Orphicis teletis [1]) summam spem ponit salutis, Car. 16: *Καὶ τελεσθησόμενος* (sc. *ὁ δεισιδαίμων*) *πρὸς τοὺς Ὀρφεοτελεστὰς κατὰ μῆνα πορεύεσθαι μετὰ τῆς γυναικός· ἐὰν δὲ μὴ σχολάζῃ ἡ γυνή, μετὰ τῆς τιτθῆς καὶ τῶν παίδων.* Scilicet initiatores illi varias se nosse ex Orphei libris caerimonias profitebantur lustrales, quibus et vivos et vita defunctos a peccatorum poenis liberare possent, cf. Platonis locum notissimum De re pub. II, p. 364 sq.: *ἀγύρται δὲ καὶ μάντεις — βίβλων δὲ ὅμαδον παρέχονται Μουσαίου καὶ Ὀρφέως, Σελήνης τε καὶ Μουσῶν ἐγγόνων, ὥς φασι, καθ' ἃς θυηπολοῦσι πείθοντες οὐ μόνον ἰδιώτας, ἀλλὰ καὶ πόλεις, ὡς ἄρα λύσεις τε καὶ καθαρμοὶ ἀδικημάτων διὰ θυσιῶν καὶ παιδιᾶς* [2]) *ἡδονῶν εἰσὶ μὲν ἔτι ζῶσιν, εἰσὶ δὲ καὶ τελευτήσασιν, ἃς δὴ τελετὰς καλοῦσιν, αἳ τῶν ἐκεῖ κακῶν ἀπολύουσιν ἡμᾶς, μὴ θύσαντας δὲ δεινὰ περιμένει.* Commodabant et phylacteria, quorum nonnulla in sepulchris reperta sunt specimina, cf. A. Dieterich, Nekya, p. 85 sq., Foucart, Mém. de l'Acad. des Inscr., tom. XXXV, 2me part., p. 66—71. Et incantationes concipiebant, quibus quaevis peragi posse fama ferebat, cf. Eur. Cycl. 646 [3]). Denique nullis non artibus magicis operam navasse Orphicos, ex Orphicorum librorum satis apparet reliquiis [4]).

---

1) Cf. L. Georgii in copiosissima de Magia disputatione Pauly, Real-Encycl. d. class. Altertumswissenschaft, tom. IV, p. 1413: „Bei den Griechen tritt die zauberische Behandlung der Götter — zunächst in den orphischen Weihen — auf, welche ganz in das Gebiet des Zaubers gehören".

2) Cf. Euthyd. p. 277*d*: *καὶ γὰρ ἐκεῖ* (sc. in Corybantum teletis) *χορηγία τίς ἐστι καὶ παιδιά, εἰ ἄρα καὶ τετέλεσαι.* Neque abs re erit, Apuleium hic laudare de Isiacis teletis idem testantem, Met. XI, 24: Exhinc (i. e. nocte sacra peracta) festissimum celebravi natalem sacrorum et suaves epulae et faceta convivia.

3) Cf. et quae ad hunc versum observavit G. R. S. Mead, Orpheus, p. 51 sq.

4) Cf. Lobeck, Agl. lib. II de Orphicis.

Erat et alius cultus, in quo non ultimae partes erant magiae, cultum dico Hecates. Hecaten enim spectra inmittere nocturnaque terriculamenta, Hecaten ab omnibus, qui magicas perficerent operationes, invocari, quis, nisi antiquarum litterarum plane rudis atque ignarus, nescit? Cumque ipsa dea tantopere gauderet magia, et in mysteriis deae locum fuisse magiae, fac traditum non esset, opinione certe praesumere liceret. Verum multa de visis deque spectris in teletis Hecataeis narrant Dio Chrysostomus, Orat. IV, p. 168, Ed. Reisk., Celsus ap. Orig. C. Cels. I, 9, Hippolytus, Adv. Haer. p. 102 sqq., Gregorius Naziazenus, Orat. XXXIX, 5, Ad Nem. v. 265, Marinus, Vit. Procl. 28. Neque a veritate abhorret, teletas hasce in angulis, si videtur, celebratas, ad illarum exemplar adumbratas fuisse teletarum, quae publice Aegina in insula, Laginae in oppido [1]), multisque aliis locis celebrabantur. Ad solemnia certe referendus est Ps. Aristot. De mir. ausc. 173: *Ἐν ὄρει Βερεκυνθίῳ γεννᾶσθαι λίθον καλούμενον μάχαιραν, ὃν ἐὰν εὕρῃ τις, τῶν μυστηρίων τῆς Ἑκάτης ἐπιτελουμένων, ἐμμανὴς γίγνεται, ὡς Εὔδοξός φησιν.* Mira profecto in sacris Hecataeis vel facta esse vel evenisse necesse est, quae materiem eiusmodi narrationum praebuerint ac fabellarum.

Minus fabulosa, multoque certiora de Corybantum novimus teletis [2]). In quibus aeris tinnitu tibiarumque cantu [3])

---

1) Cf. de mysteriis Laginae celebratis Dic. d. Ant. gr. et rom. i. v. Hécate, tom. III, p 49.

2) De Corybantibus secutus sum Immischium i. v. Kureten u. Korybanten in Lex. Rosch., tom. II, p. 1587—1628, imprimis p. 1615–1618.

3) Cf. Proclus In Alcib., ed. Creuz., tom. I, p. 198: *ἐν τοῖς μυστηρίοις καὶ ἐν ταῖς τελεταῖς χρήσιμος ὁ αὐλός· χρῶνται γὰρ αὐτοῦ τῷ κινητικῷ πρὸς τὴν τῆς διανοίας ἔγερσιν ἐπὶ τὸ θεῖον*, cf. et tom. II, p. 66: (*ὁ αὐλὸς*) *ἐκστατικὸς — καὶ μᾶλλον ἐνθουσιαστικός*. De tibia deque musice omnino in Corybantum teletis cf. Ps. Jambl., De myst. III, 9.

ad ἐνθουσιασμὸν sive ἔκστασιν mystae sese excitabant ac quasi diis pleni ferebantur magnos clamores cientes nec non gladiolis brachia compungentes, Luc. Deor. dial. XII, 1: *οἱ Κορύβαντες δὲ ὁ μὲν αὐτῶν τέμνεται ξίφει τὸν πῆχυν* [1]), *ὁ δὲ ἀνεὶς τὴν κόμην ἵεται μεμηνώς*, haud aliter quam saga illa in Heliod. Aeth. VI, 14 rogo exstructo libationibusque ad filii umbram evocandam paratis *ἐφ' ἅπασι δὲ ξίφος ἀνελομένη καὶ πρὸς τὸ ἐνθουσιῶδες σοβηθεῖσα καὶ πολλὰ πρὸς τὴν σεληναίαν βαρβάροις τε καὶ ξενίζουσι τὴν ἀκοὴν ὀνόμασι κατευξαμένη, τὸν βραχίονα ἐντεμοῦσα καὶ δάφνης ἀκρέμονι τοῦ αἵματος ἀποψήσασα, τὴν πυρκαϊὰν ἐπεψέκαζεν*. Etenim, ut Strabo, Geogr. X, III, 23 in fine disputationis de Curetibus, Corybantibus, Dactylis observat, *τῶν δ' ἐνθουσιασμῶν καὶ θρησκείας καὶ μαντικῆς τὸ ἀγυρτικὸν καὶ γοητεία ἐγγύς*. Quodsi fidem habemus Arriano, quandoque et vaticinia promebant, Ar. Nic. frg. 46 in Frg. Hist. Gr. Ed. Müller, tom. III, p. 595: *Φρύγες — μαίνονται τῇ Ῥέᾳ καὶ πρὸς Κορυβάντων κατέχονται (ἤγουν κορυβαντιῶσι δαιμονῶντες). ὅταν δὲ κατάσχῃ αὐτοὺς τὸ θεῖον, ἐλαυνόμενοι καὶ μέγα βοῶντες καὶ ὀρχούμενοι προθεσπίζουσι τὰ μέλλοντα, θεοφορούμενοι καὶ μαινόμενοι* C f. et Luc. Iupp. Trag. 30, ubi Iuppiter Apollinis vaticinaturi gestus furiosos miratur: *Τί ποτ' ἐρεῖς, ὦ τέκνον; ὡς τά γε πρὸ τοῦ χρησμοῦ, ταῦτα ἤδη φοβερά· ἡ χρόα τετραμμένη καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ περιφερεῖς καὶ κόμη ἀνασοβουμένη καὶ κίνημα κορυβαντῶδες καὶ ὅλως κατόχιμα πάντα καὶ φρικώδη καὶ μυστικά*, unde haud dubie

---

1) Cf. Lucr. II, 618—638; cf. et Stat. Theb. X, 170—172,

Sic Phryga terrificis genetrix Idaea cruentum
Elicit ex adytis, consumtaque bracchia ferro
Scire vetat. —

De ecstaticis omnino talia refert Ps. Iambl. De myst. III, 4: *οἱ μὲν διαπείραντες ὀβελοὺς οὐκ ἐπαισθάνονται· οἱ δὲ πελέκεις προσαράσσοντες τοῖς νώτοις, οἱ δὲ καὶ ξιφιδίοις τὰς ὠλένας κατατέμνοντες οὐδαμῶς παρακολουθοῦσιν.*

efficias, ἐνθουσιασμὸν, qualis vatibus proprius fuerit, et a mystis omnino alienum non fuisse, nec iam mireris, in Plat. Phaedr. p. 248*c* iuxta nominari ac quasi uno eodemque ordine haberi τὸν μαντικὸν βίον καὶ τὸν τελεστικόν [1]). Adde, quod mysteria ac oracula commercio quodam et usu inter se erant coniuncta [2]), quodque haud alia in divinatione, quam in initiatione observanda erant [3]). Verum haec in transitu; ad propositum redeamus. Corybantes autem non solum immittere furorem, sed et depellere credebantur, multique hanc praesertim ob causam teletis eorum initiabantur, cf. Hesych. i. v. κορυβαντισμός, cf. et Aristoph. Vesp. 119, ubi Bdelycleo patrem iudiciali furore correptum ἐπὶ καθαρμῷ τῆς μανίας ad Corybantum perducit cultores [4]). E Platonis Euthyd. p. 277*d* patet, sacerdotes mystasque circum initiandum solio impositum gyros duxisse saltando. Ὁ δέ γε κύκλος, ut Psellus affirmat, Quae de daem. sent. Gr. p. 42, κατοχῆς ἔχει δύναμιν. Clangore autem ac strepitu furorem quasi obtundere conabantur mentemque sic revocare abalienatam. Nec illepide igitur Plato, Leg. VII, p. 790*d* τὰς περὶ τὰ τῶν Κορυβάντων

---

1) Cf. et Plut. Sol. 12: ἐδόκει (sc. Epimenides) δέ τις εἶναι θεοφιλὴς ἀνὴρ καὶ σοφὸς τὴν ἐνθουσιαστικὴν καὶ τελεστικὴν σοφίαν, cf. Max. Tyr. Dis. XXXVIII, 5, Procl. In Crat. p. 106.

2) Delphici oraculi quae fuerint partes in religione Eleusiniaca, exponit A. DIETERICH, Nekya, p. 65; de Cabirorum oraculis cf. Athanasius, De incarn. 47, tom. I p. 88 ed. Maur.; de Hecataeis oraculis, cf. BOUCHÉ-LECLERCQ, Hist. de la div., tom II, p. 129 sq. In Liberi patris mysteriis „viros velut mente captos cum iactatione fanatica corporis vaticinari" narrat Tit. Liv. XXXIX, 13.

3) Cf. Ps. Iambl. De myst. III, 11 (p. 127 ed. Parth.) cum iis quae in secunda huiusce paragraphi parte exposuimus. Adde, quod et ex subtili hac artis magicae defensione et ex ipsis papyris magicis discimus, theurgicas teletas saepius divinationis causa esse peractas. Cf. Lib. Mois. apocr. p. 185 sq., 189, 15—17, Pap. Parth. I, 328. Cf. et locos ex Ammiano Marcellino et ex Synesio supra (p. 56 sq.) allatos.

4) Vide quae ad Vesp. v. 8 adnotavit vir clarissimus VAN LEEUWEN.

ἰάματα τελούσας cum nutricibus comparat quae ad vagientes infantulos sedandos non placidam quietem sed cantus motusque adhibent. Nec mora, ib. p. 791*a*: ἡ τῶν ἔξωθεν κρατεῖ κίνησις προσφερομένη τὴν ἐντὸς φοβερὰν οὖσαν καὶ μανικὴν κίνησιν, κρατήσασα δέ, γαλήνην ἡσυχίαν τε ἐν τῇ ψυχῇ φαίνεται ἀπεργασαμένη τῆς περὶ τὰ τῆς καρδίας χαλεπῆς γενομένης ἑκάστων πηδήσεως, (καὶ ins.?) παντάπασιν ἀγαπητόν τι, τοὺς μὲν ὕπνου λαγχάνειν ποιεῖ (sc. infantulos), τοὺς δ' (sc. initiandos) ἐγρηγορότας ὀρχουμένους τε καὶ αὐλουμένους μετὰ θεῶν, οἷς ἂν καλλιεροῦντες ἕκαστοι θύωσι, κατειργάσατο ἀντὶ μανικῶν ἡμῖν[1]) διαθέσεων ἕξεις ἔμφρονας ἔχειν.

Et Bacchae sono aeris excitatae solutis crinibus choreas in gyrum flectebant, ut divini participes fierent furoris. Eosdem saltationis motus et in re magica usitatissimos fuisse testatur Ovidius, Met. VII, 257 sq.

Sparsis Medea capillis
Bacchantum ritu flagrantes circuit aras.

Neque aliter apud Psellum loco supra allato magi, ut δαίμονας ἐνύλους eliciant, πυρὰ δὲ πολλὰ κύκλῳ τινὶ περιγράφοντες ἐξάλλονται τῆς φλογός. ἦν δὲ καὶ τοῦτο τῆς παλαιᾶς βακχείας, ἵνα μὴ λέγω μανίας, μερίς. ἔφασαν γὰρ Ἕλληνες, ὁμιχλώδους τοῦ ὑπὲρ κεφαλὴν ἀέρος τυγχάνοντος καὶ παχεῖαν τὴν σύστασιν ἔχοντος, τὰς κατιούσας δυνάμεις εἰλικρινῶς τοῖς καλοῦσιν ὁμιλεῖν· ὁ δέ γε κύκλος κατοχῆς ἔχει δύναμιν. Maenades autem, in ἔκστασιν provectae, quaevis sese videre, audire, sapere putabant, cf. Ps. Plat. Ion. p. 534*a*: αἱ βάκχαι ἀρύονται ἐκ τῶν ποταμῶν μέλι καὶ γάλα κατεχόμεναι, ἔμφρονες δ' οὖσαι οὔ. Hinc illi fontes vini sponte prosilientes, hinc vites illae brevi temporis

1) Ecquid πρὶν?

spatio succrescentes quaeque alia in Bacchicis miracula et poëtae et historici, neque ut fabulas tantum, sed etiam ut res compertas narrant. Si quidem Pausanias prodigium in Elide quotannis peractum, dubitanter licet, nobilium tamen virorum adhibito testimonio, refert, VI, xxvi, 1: *Θεῶν δὲ ἐν τοῖς μάλιστα Διόνυσον σέβουσιν Ἠλεῖοι καὶ τὸν θεόν σφισιν ἐπιφοιτᾶν εἰς τῶν Θυίων τὴν ἑορτὴν λέγουσιν. ἀπέχει μέν γε τῆς πόλεως ὅσον τε ὀκτὼ στάδια ἔνθα τὴν ἑορτὴν ἄγουσι Θυῖα ὀνομάζοντες· λέβητας δὲ ἀριθμὸν τρεῖς εἰς οἴκημα εἰσκομίσαντες οἱ ἱερεῖς κατατίθενται κενούς, παρόντων καὶ τῶν ἀστῶν καὶ ξένων, εἰ τύχοιεν ἐπιδημοῦντες· σφραγῖδας δὲ αὐτοί τε οἱ ἱερεῖς, καὶ τῶν ἄλλων ὅσοις ἂν κατὰ γνώμην ᾖ, ταῖς θύραις τοῦ οἰκήματος ἐπιβάλλουσιν. εἰς δὲ τὴν ἐπιοῦσαν τά τε σημεῖα ἐπιγνῶναι πάρεστί σφισι, καὶ εἰσελθόντες εἰς τὸ οἴκημα εὑρίσκουσιν οἴνου πεπλησμένους τοὺς λέβητας. ταῦτα Ἠλείων τε οἱ δοκιμώτατοι ἄνδρες, σὺν αὐτοῖς δὲ καὶ ξένοι κατώμνυντο ἔχειν κατὰ τὰ εἰρημένα, ἐπεὶ αὐτός γε οὐκ εἰς καιρὸν ἀφικόμην τῆς ἑορτῆς.* Quocum consentit Theopompus, Frg. 296 et Ps. Aristot. De mir. ausc. 123, ita ut narrationem hancce non ut fabulam ex nihilo fictam contemnere liceat [1]). Sacerdotes hic fraude usos esse suspicatur F. A. Voigt i. v. Dionysus, Lex. Rosch. tom. I, p. 1058: „Das in der Ekstase von den Bakchen geschaute Wunder wurde durch Priestertrug, der sich auf die unversehrten Siegel an den Tempelthüren berief, auf

1) Idem et Andrii festis Bacchi diebus evenire affirmabant, Paus. l. l.: *λέγουσι δὲ καὶ Ἄνδριοι παρὰ ἔτος σφίσιν εἰς τοῦ Διονύσου τὴν ἑορτὴν ῥεῖν οἶνον αὐτόματον ἐκ τοῦ ἱεροῦ.* Cf. Plin. Hist. Nat. II, 106, 11: In Andro insula, templo Liberi patris, fontem Nonis Ianuariis semper vini sapore fluere Mucianus ter consul credit: *Διὸς Θεοδοσία* vocatur, XXXI, 13 Mucianus (ait) Andri e fonte Liberi Patris, statis diebus septenis eius dei vinum fluere, si auferatur a conspectu templi, sapore in aquam transeunte. — Hoc quid sibi velit, facile intelligemus, si conferemus locum ex. Ps. Plat. Ione supra allatum.

den Boden der Realität übertragen". Indicorum sane circulatorum praestigias in mentem revocat schol. ad Hom. Il. N 21: Αἰγὰς] πόλις Ἀχαίας ἐν Πελοποννήσῳ [1]), ἔνθα τιμᾶται μὲν ὁ Ποσειδῶν, ἄγεται δὲ καὶ Διονύσῳ ἑορτή, ἐν ᾗ θαυμάσιον ἐπιτελεῖσθαί φασιν ἔργον, ἐπειδὰν ὁ χόρος συστὰς τὰς τοῦ δαίμονος τελετὰς ὀργιάζῃ· ἄμπελοι γάρ, ἃς καλοῦσιν ἐφημέρους, ἀνισχούσης μὲν ἡμέρας βλαστάνουσι καρπόν, ὥστε δρέποντας αὐτοὺς ἑσπέρας οἶνον ἄφθονον ἔχειν. ἡ ἱστορία παρὰ Εὐφορίωνι [2]). Sed quid plura? Ut Hecate inter deas, sic inter deos Dionysus κατ' ἐξοχὴν mirabilium rerum habebatur auctor; atque ubi numina miracula edunt, ibi et festis numinum diebus eveniunt miracula.

Samothraciis sacris initiati tutos sese et a tempestatibus maritimis et ab omnibus omnino periculis existimabant, Schol. ad Aristoph. Pac. 277: Ἐν Σαμοθρᾴκῃ ἦσαν τελεταί τινες, ἃς ἐδόκουν τελεῖσθαι πρὸς ἀλεξιφάρμακά τινα κινδύνων vel ἐν κινδύνοις δὲ γενόμενοι ἐπεκαλοῦντο τοὺς δαίμονας, οἷς ἐδόκουν μεμυῆσθαι, ἐπιφανῆναι καὶ ἀλεξῆσαι, ad v. 278: Τὰ μυστήρια τῶν Καβείρων. δοκοῦσι δὲ οἱ μεμυημένοι ταῦτα ἐκ δεινῶν σώζεσθαι καὶ ἐκ χειμώνων. Quem ad finem mystae, ut supra vidimus, fascia purpurea ventrem circumligabant. Quae fascia κρηδέμνου illius affert memoriam, quod a Leucothea accepit Ulysses, Od. ε, 333—462; cf. schol. ad Apoll. Rhod. Arg. I, 917: καὶ Ὀδυσσέα δέ φασι μεμυημένον ἐν Σαμοθρᾴκῃ χρήσασθαι κρηδέμνῳ ἀντὶ ταινιᾶς. Leuco-

---

1) Non Aegas in Achaia, sed in Euboea re vera designari opinatur MAASS, Orpheus, p. 101, adn. 131).

2) Et apud alios scriptores de arboribus herbisve celerrime succrescentibus fit mentio; cf. modo MEINEKE in Anal. alex. ad Euph. frg. CXXXII. Non tamen cum Blochio (Der Kult und die Mysterien von Eleusis, p. 30) huc referre ausim τὸ μέγα καὶ θαυμαστὸν καὶ τελειότατον ἐποπτικὸν ἐκεῖ μυστήριον ἐν σιωπῇ, τεθερισμένον στάχυν, Hippol. Adv. Haer. p. 162, vertendo sc. τεθερισμένον, non ut solet, „demessam" sed „ad maturitatem perductam" (eine „im Stillen gereifte Aehre").

thea autem, cuius quaedam et in religione Samothracia erant partes [1]), in hymn. Orph. LXXIV, 8—10 sic invocatur:

ἀλλά, θεὰ δέσποινα, μόλοις ἐπαρωγὸς ἐοῦσα
νηυσὶν ἐπ' εὐσέλμοις σωτήριος εὔφρονι βουλῇ
μύσταις ἐν πόντῳ ναυσίδρομον οὖρον ἄγουσα.

Et Argonautae ad insulam ideo appulerunt,

ὄφρα δαέντες
ἀῤῥήτους ἀγανῇσι τελεσφορίῃσι θεμίστας
σωότεροι κρυόεσσαν ὑπεὶρ ἅλα ναυτίλλοιντο,

Apoll. Arg. I, 916—918. Quae et in Val. Flacc. Arg. II, 431—440 et in Orph. Arg. 466—470 narrantur. Et Diodorum Siculum iuvat laudare, V, 49: *διαβεβόηται δ' ἡ τούτων τῶν θεῶν ἐπιφάνεια καὶ παράδοξος ἐν τοῖς κινδύνοις βοήθεια τοῖς ἐπικαλεσαμένοις τῶν μυηθέντων. — καὶ γὰρ Ἰάσονα καὶ Διοσκόρους, ἔτι δ' Ἡρακλέα καὶ Ὀρφέα, μυηθέντας ἐπιτυχεῖν ἐν πάσαις ταῖς στρατείαις διὰ τὴν τῶν θεῶν τούτων ἐπιφάνειαν.* Quorsum et pertinet narratio in schol. ad Apoll. Rhod. Arg. I, 917: *καὶ Ἀγαμέμνονα δέ φασι μεμυημένον ἐν ταραχῇ ὄντα πολλῇ κατὰ Τροίαν ἀκαταστασίαν τῶν Ἑλλήνων παῦσαι πορφυρίδα ἔχοντα.* Mystica Cabirorum nomina amuleto cuidam inscripta sunt Vindonissae reperto, cf. ORELLI, Inscr. lat. n°. 440, F. LENORMANT Jr. i. v. CABIRI, Dict. d. ant. Gr. et Rom. tom. I, p. 759 sq. Et annulos Samothracios vice phylacterii functos esse non sine veritatis specie coniecit ASTORIUS in Pol. Thes. Ant. Rom. Gr. Nov. Suppl. tom. II, p. 897 sq. Atque haec quidem de initiatione; de solemnibus vix quidquam, nisi

1) Samothrace antiquissimis temporibus vocabatur *Λευκοσία*, cf. SCHIRMER i. v. Leucothea, Lex. Rosch., tom. II, p. 2014.

quod orgiastica fuerunt, innotuit, cf. LOBECK, Agl. tom. II, lib. III, p. 1291 sq.

Denique nec Eleusiniis mysteriis τὸ ἐνθουσιαστικὸν plane defuisse, satis vel ex paucis illis, quae de solemnibus tradiderunt Aristides et Plutarchus, quorum testimonia p. 65 sq. attulimus patet. Nec silentio praeterire fas est quae hac de re prudenter disputavit v. d. G. WOBBERMIN, Religionsgeschichtliche Studien, p. 43: „Die wenigen etwas ausführlicheren Andeutungen über den näheren Hergang der eleusinischen τελετή führen durchaus auf ein solch' mystisches Element mit ekstatischer Erregung und Überspannung des Gefühls. Wir hören da von Φρίκη, τρόμος, ἱδρώς und θάμβος — Und stammen jene Ausdrücke und Schilderungen erst aus der Zeit der untergehenden Antike, so hat doch schon Aristoteles die Sache selbst gekennzeichnet durch seine Bemerkung: τοὺς τετελεσμένους οὐ μαθεῖν τι δεῖν ἀλλὰ παθεῖν καὶ διατεθῆναι, δηλονότι γενομένους ἐπιτηδείους. — Es ist also die Herbeiführung einer Art pathologischen Zustandes, die beabsichtigt und — zweifellos — häufig auch erreicht wurde".

A deabus initiati non solum bona consilia, (ut apud Sopatrum rhetorem Ed. Walz. p. 196 qui causam agit Periclis in ius vocati, quod, hostibus appropinquantibus, ipsam vastasset Atticam, exclamat: Πιστεύω ταῖς ἐν 'Ελευσῖνι θεαῖς, τοῦτον ἐκβεβηκέναι μοι τὸν νοῦν καὶ τὸ στρατήγημα τοῦτο ἐξ ἀνακτόρων δοῦναι τῶν μυστικῶν), sed et morborum sperabant sanationes. Sic in Anth. Pal. lib. IX ep. 298 homo oculis quondam captus lumen sese teletis recuperasse praedicat:

Σκίπων με πρὸς νηὸν ἀνήγαγεν, ὄντα βέβηλον
οὐ μοῦνον τελετῆς, ἀλλὰ καὶ ἠελίου·
μύστην δ' ἀμφοτέρων με Θεαὶ 'θέσαν· οἶδα δ' ἐκείνῃ

νυκτὶ καὶ ὀφθαλμῶν νύκτα καθηράμενος.
Ἀσκίπων δ' εἰς ἄστυ κατέστιχον, ὄργια Δηοῦς
κηρύσσων γλώσσης ὄμμασι τρανότερον.

Quo de epigrammate deque donis votivis Eleusine repertis data opera disputavit Rubensohn, Ath. Mitt. tom. XX, p. 360—367, eiusmodique sanationes mirabiles (Wunderkuren) a Cereris cultu omnino alienas non fuisse demonstravit, Pausaniae allato testimonio, VII, XXI, 5.

Jam Clementem audiamus post satis confusam illam mysticorum solemnium descriptionem cum gravissima indignatione exclamantem, Protr. tom. I, p. 22. Ed. Dind.: „Ἄξια μὲν οὖν νυκτὸς τὰ τελέσματα καὶ πυρὸς καὶ τοῦ μεγαλήτορος, μᾶλλον δὲ ματαιόφρονος Ἐρεχθειδῶν δήμου, πρὸς δὲ καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, οὕστινας μένει τελευτήσαντας ἅσσα οὐδὲ ἔλπονται. τίσι δὴ μαντεύεται Ἡράκλειτος ὁ Ἐφέσιος; νυκτιπόλοις, μάγοις, βάκχοις, λήναις, μύσταις· τούτοις ἀπειλεῖ τὰ μετὰ θάνατον, τούτοις μαντεύεται τὸ πῦρ· τὰ γὰρ νομιζόμενα κατ' ἀνθρώπους μυστήρια ἀνιερωστὶ μυοῦνται". Mystae ergo non alio loco hic habentur, quam magi. Neve putes Clementem haec sic temere ex Heraclito sumsisse. Assolent Christiani scriptores magiae crimine invidiam conflare mysteriorum et auctoribus et cultoribus. Origenes, isque apologetarum longe moderatissimus, sacerdotes, qui Hadriani iussu teletas in Antinoi honorem instituerant, turpissima γοήτων appellatione notat, C. Cels. III, 36 [1]). Neque aliter loco notissimo Johannes Chrysostomus, De St. Bab. 13 (Ed. Dübn. p. 234): Καὶ τῶν μὲν θυσιῶν καὶ τῶν αἰσχρῶν ἐπιτελουμένων τελετῶν — πάρεισι (sc. daemones) καὶ εὐφραίνονται, κἂν κακοῦργοι, κἂν γόητες, κἂν λοιμοὶ οἱ ταῦτα τελοῦντες ὦσι· μᾶλλον δὲ οὐδέ εἰσιν

1) Fusius hoc de loco in § 15 disputabimus.

ἕτεροί τινες οἱ ταῦτα διακονούμενοι. Quin et gentilicii scriptores eundem in modum quandoque loquuntur; cf. e. g. Diodorum Siculum, de Idaeis Dactylis haec in medium proferentem, V, 64: ὑπάρξαντας δὲ γόητας ἐπιτηδεῦσαι τάς τε ἐπῳδὰς καὶ τελετὰς καὶ μυστήρια, καὶ περὶ Σαμοθρᾴκην διατρίψαντες οὐ μετρίως ἐν τούτοις ἐκπλήττειν τοὺς ἐγχωρίους. Unum ex illis Herculem vocatum asserunt, σημεῖα δὲ τούτων φασὶ διαμένειν τὸ πολλὰς τῶν γυναικῶν ἔτι καὶ νῦν λαμβάνειν ἐπῳδὰς ἀπὸ τούτου τοῦ θεοῦ καὶ περιάμματα ποιεῖν, ὡς γεγονότος αὐτοῦ γόητος καὶ τὰ περὶ τὰς τελετὰς ἐπιτετηδευκότος.

Quodsi quis magos quam maxime a mysteriis arcuisse sacerdotes Eleusiniacos [1]) observet, eum contra rogabo, num Neoplatonici, qui tamen multi in magicis erant artificiis, praestigiatoribus unquam sese adnumeraverint? Dum γοητείαν abominabantur, colebant theurgiam, nec theurgicae caerimoniae, ut supra exposuimus, a mysticis caerimoniis plane discrepabant. Quid mirum igitur, si e Platonicae philosophiae sectatoribus et δᾳδοῦχοι [2]) creati sunt et ἱεροφάνται [3])? Neque sacerdotali munere cum fungerentur, magicarum artium immemores erant. Cf. quae Zosimus enarrat, auctor fide minime indignus, IV, 18: Νεστόριος [4]) ἐν ἐκείνοις

1) Cf. Philostrat. i. vit. Apoll. IV, 18.

2) Cf. Gregorovius, Gesch. der Stadt Athen im Mittelalter, tom. I, p. 28; cf. et p. 55: (Die Platoniker eine Schule) „eleusinischer Schwärmer und Geisterseher".

3) Cf. Eunap. i. vit. Max. ed. Boiss.² in coll. Did. p. 475.

4) Nestorii artes magicas postea Proclo philosopho innotuisse refert Marinus, Vit. Procl. 28: ταῖς γὰρ τῶν Χαλδαίων συστάσεσι καὶ ἐντυχίαις καὶ τοῖς θείοις καὶ ἀφθέγκτοις στροφάλοις ἐκέχρητο (sc. Proclus). καὶ γὰρ ταῦτα παρειλήφει, καὶ τὰς ἐκφωνήσεις καὶ τὴν ἄλλην χρῆσιν αὐτῶν μεμαθήκει παρὰ Ἀσκληπιγενείας τῆς Πλουτάρχου (philosophi Platonici ac magistri Procli) θυγατρός. παρ' αὐτῇ γὰρ καὶ μόνῃ ἐσώζετο ἀπὸ Νεστορίου τοῦ μεγάλου ὄργια καὶ ἡ σύμπασα θεουργικὴ ἀγωγή, διὰ τοῦ πατρὸς αὐτῇ παραδοθεῖσα.

τοῖς χρόνοις (a. 375 p. Chr.) *ἱεροφαντεῖν τεταγμένος, ὄναρ ἐθεάσατο παρακελευόμενον χρῆναι τὸν Ἀχιλλέα τὸν ἥρωα δημοσίαις τιμᾶσθαι τιμαῖς. ἔσεσθαι γὰρ τοῦτο τῇ πόλει σωτήριον. ἐπεὶ δὲ ἐκοινώσατο τοῖς ἐν τέλει τὴν ὄψιν, οἱ δέ, ληρεῖν αὐτὸν, οἷα δὴ ὑπέργηρων ὄντα, νομίσαντες, ἐν οὐδενὶ τὸ ῥηθὲν ἐποιήσαντο, αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν λογισάμενος τὸ πρακτέον καὶ ταῖς θεοειδέσιν ἐννοίαις παιδαγωγούμενος, εἰκόνα τοῦ ἥρωος ἐν οἴκῳ μικρῷ δημιουργήσας ὑπέθηκε τῷ ἐν παρθενῶνι καθιδρυμένῳ τῆς Ἀθηνᾶς ἀγάλματι. τελῶν δὲ τῇ θεῷ τὰ συνήθη, κατὰ ταὐτὸν καὶ τῷ ἥρωϊ τὰ ἐγνωσμένα οἱ, κατὰ θεσμὸν ἔπραττε, τούτῳ δὲ τῷ τρόπῳ τῆς τοῦ ἐνυπνίου συμβουλῆς ἔργῳ πληρωθείσης, ἐπιβρίσαντος τοῦ σεισμοῦ, μόνους Ἀθηναίους περισωθῆναι συνέβη* [1]).

Quibus omnibus perpensis, non plane a scopo aberrasse videntur qui Eleusiniorum, atque omnino mysteriorum secretum e magicis constitisse formulis coniecerunt [2]). Non ultimis temporibus in mysteria irrepsit magia, sed a prima inde origine iis inerat. Etenim mysteria aut plane e cultu chthonico, i. e. infernorum numinum veneratione, prodierunt [3]), aut certe cum cultu chthonico quam artissime coaluerunt [4]); atque in illo cultu primas fuisse partes magicorum artificiorum, inter omnes certo certius constat [5]).

---

1) Cf. Gregorovius, Gesch. d. Stadt Athen im Mitt., tom. I, p. 32.

2) Foucart, Mém. de l'Acad. des Insc. tom. XXXV 2me part. p. 73 (vide § 8 p. 30). L. Bloch, Der Kult u. die Myst. von Eleus., p. 34.

3) Maury, Hist. d. rel. d. l. Gr. ant. tom. II. p. 320; Rohde, Psyche², tom. I. p. 278 sqq.

4) Foucart, Mém. de l'Acad. des Insc. tom. XXXV 2me part p. 74—84.

5) Cf. e. g. L. Bloch, Der Kult u. die Myst. v. Eleus. l. l.: „Die chthonischen Kulte waren ursprünglich in erster Reihe praktische Magie".

§ 15.

Iam in Isiaca sacra, quonam modo et ipsa cum magicis coniuncta fuerint artibus, inquiramus. Sed antequam de teletis, quibus initiatus est Apuleius, disputemus, de solemnibus mysticis, quae veteres celebrabant Aegyptii, pauca praefanda sunt. Non enim cum omnibus omnes de diis deabusque fabulas communicasse sacerdotes, sed quasdam iis tantum, quos eiusmodi sacris dignos existimarent, reservasse, inter Aegyptologos magis magisque convenit [1]). De Osiriacis certe mysteriis luculentum exstat Herodoti testimonium, quod frustra infirmare conatus est WIEDEMANN [2]). Atque ex loco illo, quem supra (§ 10) attulimus, Herodoteo, apparet, mysteria illa solemne fuisse, ad quod non vulgus quidem hominum, sed plerique tamen admitterentur. Praeterea exiguo initiatorum numero interiorem fabularum sensum, doctrinamque quandam philosophicam esse traditam, et inter scriptores antiquos [3]), et inter nostrae

---

1) ERMANN, Aegypten und Aegyptisches Leben im Altertum, tom. II, p. 358 sq., 377; E. MEYER, Geschichte des alten Aegyptens, p. 78; MASPÉRO, Hist. anc. d. peupl. d. l'Or. cl., tom. I, p. 510.

2) WIEDEMANN, Herod. zw. B., p. 592, cf. et eiusdem auctoris, Die Religion der alten Aegypter, p. 108 sq. Contra FOUCART, Mém. de l'Acad. des Inscr. tom. XXXV 2me part., p. 34—36.

3) Clem. Alex. Strom. V, p. 670, ed. Pot.: *Αἰγύπτιοι οὐ τοῖς ἐπιτυχοῦσι τὰ παρὰ σφίσιν ἀνετίθεντο μυστήρια, οὐδὲ μὴν βεβήλοις τὴν τῶν θείων εἴδησιν ἐξέφερον, ἀλλ' ἢ μόνοις γε τοῖς μέλλουσιν ἐπὶ βασιλείαν προϊέναι, καὶ τῶν ἱερέων τοῖς κριθεῖσιν εἶναι δοκιμωτάτοις ἀπό τε τῆς τροφῆς καὶ τῆς παιδείας καὶ τοῦ γένους.* Cf. et Orig. C. Cels. I, 12, III, 19, IV, 38, Ps. Iambl., De myst. VII, 1—3.

aetatis viros doctos [1]) sunt qui contendant. Verum hac de re neque disputare animum induximus, neque omnino ut disputetur, monumenta sinunt ad hunc diem effossa. Propositum igitur teneamus, quodque certo certius constet, exponamus atque illustremus, mystica nempe sacra hanc praesertim ob causam mystas religioso texisse silentio, quod arcanis fabulis vim magicam inesse crederent. Idem scilicet Aegyptiis, quod et aliis evenit populis: deos ad exemplar sui ipsorum, seque ipsos ad exemplar deorum finxerunt. Cumque ipsi ab antiquissimis inde temporibus magicae arti sedulo navarent operam [2]), et deos magicis uti artificiis [3]) persuasissimum sibi habebant. Notissima est fabula, Osirim a Typhone interemptum inque partes sive quattuordecim sive viginti sex [4]) discerptum Mercurii, Isidis, Horique filii magicis operationibus in integrum conglutinatum revixisse [5]). Quam fabulam Aegyptii audacissimo cogitationis motu atque impetu ad res humanas transtulerunt. Qui vita defunctus est homo, fit novus Osiris, filiique

---

1) Wilkinson, The Manners and Customs of the ancient Egyptians, Vol. I, p. 174 sq., Vol. II, p. 478; Brugsch-Bey, Die Mysterien der alten Aegypter, Deutsche Revue a. 1878, 2. Jg. 3. Bd., p. 28—43; cf. et eiusdem auctoris „Religion und Mythologie der alten Aegypter"; Amélineau, Ess. s. l. Gnost. égypt., p. 315; G. E(bers), L. C. B. 1891, p. 24.

2) Ermann, Aegypt. u. Aeg. Leb., tom. II, p. 471: „Der Aberglaube ist bei diesem Volke kein interessantes Nebenwerk seiner Kultur: er ist, ähnlich wie in Babylonien, einer der gewaltigsten Mächten desselben. Der Glaube, dass es Worte und Handlungen giebt, mit denen man auf jede Naturkraft und auf jedes lebende Wesen von den Tieren an bis hinauf zu den Göttern eine Wirkung ausüben kann, dieser Glaube ist mit allem Thun und Lassen der Aegypter unauflöslich verflochten". Cf. et E. Meyer, Gesch. d. alt. Aeg., p. 42.

3) Ermann, l. l. „Und wie die Menschen sich nicht helfen können ohne Magie, so können es auch die Götter nicht; auch diese hängen sich Amulette um, um sich zu schützen, und gebrauchen Zauberformeln um einander zu bezwingen".

4) Cf. hac de re Wiedemann, Herod. zw. B., p. 584 sqq.

5) Maspéro, Hist. anc. d. peupl. de l'Or. cl., p. 178 sq.

rursus, ut novi Hori, incantationibus vitam adipiscitur aeternam [1]) quin vel navem sacram, qua sol invectus coelum circumnavigat, conscendit [2]). Sic quicunque magicam colit disciplinam, semetipsum dei loco habet, fabulamque sacram recitando easdem quas numen illa in fabula perficit actiones [3]). Sed nihil vero, id est, mystico dei nomine efficacius; hoc si novit magus, fit ipso deo potentior, deoque vel minas intentare audet [4]). Cum autem in mysteriis arcanae de diis agerentur fabulae, nominaque deorum arcana initiatis ederentur, iam probe intelligimus, quare sacrorum mysticorum participes fieri cuperent fideles [5]), eaque profanis non committerent auribus. Verum non mysteria tantum, sed tota Osiriaca religio ex magicis ferme constabat caerimoniis [6]) ideoque Aegyptiis maiorem semper e magica arte capientibus delectationem grata erat et accepta. Qui primum nec nisi in una aut altera regione coleretur, in omnibus tandem Aegypti regionibus maximus deus ferebatur Osiris [7]). Sed et in Iside cum omnes omnino, tum magi praecipue magnam spem collocabant, nec

---

1) Ermann, tom. II, p. 415—417; E. Meyer, p. 87—100.

2) E. Meyer, p. 87: „Dadurch fällt für ihn jede Schranke der Menschlichkeit; er kann thun, was er will, alle Freuden der Erde und des Jenseits zugleich geniessen, dabei in der Sonnenbarke über den Himmel fahren, ja, da das Wesen der einzelnen Götter keineswegs scharf gesondert ist, auch der Sonnengott Reʿ selber werden und nicht minder jeder beliebige Gott sonst."

3) Ermamn, tom. II, p. 471 sq.

4) Ermann, tom. II, p. 473.

5) M. Fontane, Histoire Universelle, tom. III, p. 405.

6) Meyer, p. 87: „Im Grunde ist die ganze Osirislehre nichts anderes als Zauberei, voll von dem crassesten Aberglauben, von magischen Formeln und Gebräuchen der absurdesten und widerlichsten Art".

7) Meyer, p. 378; cf. eundem auctorem i. v. Isis, Lex. Rosch. tom. II, p. 367: „Der Osirismythus durchsetzt seit der Pyramidenzeit mehr und mehr alle Anschauungen der Aegypter: beruht doch auf ihm die Möglichkeit der Auferstehung und der ganze unendliche Zauberapparat, der die Unsterblichkeit sichert".

iniuria: Isis enim cum arcana diis sciret elicere nomina [1]) cumque nullas non notas haberet incantationes, magna vocabatur saga [2]).

Nullam igitur movet admirationem, Osirim, Isin, Horum, novumque Osirin, Sarapin, a Ptolemaeo rege cum cultus ex Aegyptiacis ac Graecis caerimoniis mixtus institueretur, Aegyptiacos *κατ' ἐξοχὴν* deos magicesque simul fautores esse habitos. A diis Alexandrinis multa perfici miracula fama ferebat [3]); a diis Alexandrinis in somniis bona exspectabant consilia [4]); deorum Alexandrinorum nomina amuletis insculpebant [5]). Sacerdotes vero ac prophetas totos in rebus fuisse magicis, consensu traditur. Ut quaedam antiquorum scriptorum proferam testimonia, pauca quidem,

frondem ut si quis ab Ide
Aut summam Libyco de mare carpat aquam,

notissimum enim est ac nusquam non memoratum illud de sacerdotibus Aegyptiacis: *γόητες πάντες*, primum audiamus Lucianum aequales, qui mirabilibus rebus invictam tribuerent fidem, salse deridentem. Cuius in Philops. 34 Eucrates inter miracula, quae in Aegypto sese vidisse asseverat, haec quoque refert: *Κατὰ δὲ τὸν ἀνάπλουν ἔτυχεν ἡμῖν συμπλέων Μεμφίτης ἀνὴρ τῶν ἱερογραμματέων* [6]), *θαυμάσιος*

1) Lepidam fabulam de Iside Soli deo nomen arcanum eliciente exhibet Ermann, tom. II, p. 359—362.

2) Ermann, tom. II, p. 476; E. Meyer, i. v. Isis, p. 368: „So ist „die grosse *Zauberin*" ihr gewöhnlichster Beiname; sie ist „klüger als alle Götter". Cf. et Drexler i. v. Isis, p. 540—543.

3) Cf. e. g. Aristid., Or. VIII, p. 95, Ed. Dind.

4) Somniis multum semper tribuisse Aegyptios certo certius constat. Cf. Wiedemann, Die Rel. d. alt. Aegypt., p. 142—145; Leemans, Pap. Gr. Mus. Ant. Pub. Lugd. Bat. tom. I, imprimis somnium Nectanebi, Pap. U, ib. p. 122—129; de incubatione cf. Drexler i. v. Isis, p. 522—525.

5) Drexler i. v. Isis, p. 540—543.

6) De scribis sacris cf. Lafaye, Hist. d. cult. des div. d'Alex. p. 137.

τὴν σοφίαν καὶ τὴν παιδείαν πᾶσαν εἰδὼς τὴν Αἰγυπτίων· ἐλέγετο δὲ τρία καὶ εἴκοσιν ἔτη ἐν τοῖς ἀδύτοις ὑπόγειος ᾠκηκέναι μαγεύειν παιδευόμενος ὑπὸ τῆς Ἴσιδος — ἑώρων αὐτὸν — ἄλλα τε πολλὰ τεράστια ἐργαζόμενον, καὶ δὴ καὶ ἐπὶ κροκοδείλων ὀχούμενον καὶ συννέοντα τοῖς θηρίοις, τὰ δὲ ὑποπτήσσοντα καὶ σαίνοντα ταῖς οὐραῖς. Quae Lucianum non ex nihilo finxisse docet Lib. apocr. Moïs. p. 190, 11—18, ubi invenias, quae verba pronuntianda sint, ἐὰν θέλῃς ἐπάνω κορκοδείλου διαβαίνειν.

Deinde et Homilias, Clementis Romani quae feruntur, inspiciamus. Ibi in Hom. I, 5, Clemens, de animae post mortem sorte sollicitus, secum haec reputat: Τί οὖν χρὴ ποεῖν ἢ τοῦτο; εἰς Αἴγυπτον πορεύσομαι, καὶ τοῖς τῶν ἀδύτων ἱεροφάνταις τε καὶ προφήταις φιλιωθήσομαι, καὶ μάγον ζητήσας καὶ εὑρὼν χρήμασι πολλοῖς πείσω, ὅπως ψυχῆς ἀναπομπήν, τὴν λεγομένην νεκρομαντείαν ποιήσῃ, ἐμοῦ ὡς περὶ πράγματός τινος πυνθανομένου· ἡ δὲ πεῦσις ἔσται περὶ τοῦ μαθεῖν εἰ ἀθάνατος ἡ ψυχή. ἡ δὲ τῆς ψυχῆς ἀπόκρισις, ὅτι ἀθάνατός ἐστιν, οὐκ ἐκ τοῦ λαλῆσαι ἢ καὶ ἀκοῦσαι ἔσται μοι γνῶναι, ἀλλ' ἐκ τοῦ ὀφθῆναι μόνον, ἵνα αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδὼν αὐτὴν αὐτάρκη καὶ ἱκανὴν ἀπόφασιν ἔχω, ἐκ τοῦ μόνον φανῆναι, ὅτι ἔστιν· καὶ οὐκ ἔτι δυνήσεται τὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἴδια τὰ τῆς ἀκοῆς ἀνατρέψαι ἄδηλα ῥήματα.

Tum et Apuleium de Aegyptiaca sui temporis religione testem locupletissimum, ubi in secundo Metamorphoseon libro historiam mariti malis novae nuptae perempti artibus narrat, evolvamus. Pater enim, misera filii morte deplorata, cives ad ultionem incitat; contra mulier, quam sanctissime potest, tantum scelus abnuit. „Ergo igitur senex ille" — ut ipsa Apulei afferamus verba, Met. II, 28 sq. — „veritatis arbitrium in divinam providentiam reponamus. Zatchlas adest Aegyptius, propheta primarius,

qui mecum iam dudum grandi praemio pepigit reducere paulisper ab inferis spiritum corpusque istud postliminio mortis animare." Et cum dicto iuvenem quempiam linteis amiculis iniectum pedesque palmeis baxeis inductum et adusque <*cutem*> deraso capite producit in medium. Huius diu manus deosculatus et ipsa genua contingens „miserere" ait, „sacerdos, miserere. Per caelestia sidera, per inferna numina, per naturalia elementa, per nocturna silentia et adyta Coptica et per incrementa Nilotica et arcana Memphitica et sistra Phariaca, da brevem solis usuram et in aeternum conditis oculis modicam lucem infunde. Non obnitimur <*fato*> nec terrae rem suam denegamus, sed ad ultionis solatium exiguum vitae spatium deprecamur". Propheta sic propitiatus, herbulam quampiam ob os corporis (?) et aliam pectori eius imponit. Tum orientem obversus incrementa solis augusti tacitus imprecatus venerabilis scenae facie studia praesentium ad miraculum tantum certatim adrexit. — Iam tumore pectus extolli, iam salubris vena pulsari, iam spiritu corpus impleri et adsurgit cadaver, et profatur adulescens". Cf. et hic Lib. apocr. Moïs., p. 190, 5—10: *ἔγερσις σώματος νεκροῦ.*

Neque silentio praetereundus est Heliodorus. Qui in egregia Aethiopicorum fabula Isiaci prophetae vita delineata encyclopaediam simul quandam magicarum artium conscripsit. Calasiris scilicet primarius sacerdos, cuius non ultimae sunt in fabula partes, magicis plane imbutus disciplinis, futura rerum arte indagat divinatoria, III, 16[1]),

---

1) Ibi et quid inter magiam divinam interque *γοητείαν* intersit, data opera exponit: *ἡ μὲν γάρ τις ἐστὶ δημώδης, καὶ, ὡς ἄν τις εἴποι, χαμαὶ ἐρχομένη, εἰδώλων θεράπαινα καὶ περὶ σώματα νεκρῶν εἰλουμένη, βοτάναις προστετηκυῖα καὶ ἐπῳδαῖς ἐπανέχουσα — ἡ δ' ἑτέρα — ἡ ἀληθῶς σοφία, ἧς αὕτη* (sc.

somnia interpretatur IV, 15, daemonumque se usum auxilio amorem immittere profitetur II, 33, IV, 7, 14 [1]), ipsorumque deorum in somniis fruitur consuetudine, III, 11 sq. Quin et quomodo deorum praesentias ab inanibus somniorum visis discernas, data opera exponit, ib. 13: *Θεοὶ καὶ δαίμονες — ἐπιφοιτῶντές τ' εἰς ἡμᾶς καὶ ἀποφοιτῶντες εἰς ἄλλο μὲν ζῷον ἐπ' ἐλάχιστον, εἰς ἀνθρώπους δ' ἐπὶ πλεῖστον αὑτοὺς εἰδοποιοῦσι, τῷ ὁμοίῳ πλέον ἡμᾶς εἰς τὴν φαντασίαν ὑπαγόμενοι. τοὺς μὲν δὴ βεβήλους κἂν διαλάθοιεν, τὴν δὲ σοφοῦ γνῶσιν οὐκ ἂν διαφύγοιεν, ἀλλὰ τοῖς τ' ὀφθαλμοῖς ἂν γνωσθεῖεν ἀτενὲς διόλου βλέποντες καὶ τὸ βλέφαρον οὔ ποτ' ἐπιμύοντες* [2]) *καὶ τῷ βαδίσματι πλέον, οὐ κατὰ διάστησιν τοῖν ποδοῖν οὐδὲ μετάθεσιν ἀνυομένῳ ἀλλὰ κατά τινα ῥύμην ἀέριον καὶ ὁρμὴν ἀπαραπόδιστον τεμνόντων μᾶλλον τὸ περιέχον ἢ διαπορευομένων.*

Fictae hae quidem fabulae, sed e quibus optime tamen, quid de rebus divinis tunc temporis senserint homines, cognoscas. Verum et factum fide historiae comprobatum, idque e vita Plotini, lectorum oculis subiiciamus. Res autem sic se habet. Neoplatonici, ut erant multi in daemonologia, suum cuique adiungi homini genium, pluresque

---

ἡ γοητεία) παρωνύμως ἐνοθεύθη, ἣν ἱερεῖς καὶ προφητικὸν γένος ἐκ νέων ἀσκοῦμεν, ἄνω πρὸς τὰ οὐράνια βλέπει, θεῶν συνόμιλος καὶ φύσεως κρειττόνων μέτοχος, ἄστρων κίνησιν ἐρευνῶσα καὶ μελλόντων πρόγνωσιν κερδαίνουσα. Sed ex ipsa Heliodori narratione, ut et ex Apulei loco supra allato, satis apparet sacerdotes iis quoque artibus quas illicitas vocarent, non plane abstinuisse.

1) *Ἔρωτος τελετὴ* quomodo perficienda sit, docet Pap. V, col. 1a 15—3a 22. Cf. et Lib. apocr. Moïs., p. 187, 24—26: *ἐπὶ δὲ ἀγωγῆς·* p. 188, 1—4; *ἐάν τινα θέλῃς μὴ ῥικνῶσαι*, p. 192, 7 sq.: *φίλτρον πότιμον·* ib. 9—17: *ἐὰν θέλῃς γυναῖκας οὐ μὴ σχεθῆναι ὑπὸ ἄλλου ἀνδρός.*

2) De umbris mortuorum idem refert Plutarchus, Qu. Gr. 39: *τῶν δ' ἀποθανόντων οἱ Πυθαγορικοὶ λέγουσι τὰς ψυχὰς μὴ ποιεῖν σκιὰν μηδὲ σκαρδαμύττειν*, De ser. num. vind. 22: *τὸ τὰς ψυχὰς τῶν τεθνηκότων μήτε σκιὰν ποιεῖν μήτε σκαρδαμύττειν.*

esse horum geniorum ordines statuebant [1]). Plotinum vero et hac in re longe ceteros antecessisse refert Porphyrius discipulus in vit. Plot. 10: *Ἦν γὰρ καὶ κατὰ γένεσιν πλέον τι ἔχων παρὰ τοὺς ἄλλους ὁ Πλωτῖνος*, idque sic probat, l. l.: *Αἰγύπτιος γάρ τις ἱερεὺς ἀνελθὼν εἰς τὴν Ῥώμην καὶ διά τινος φίλου αὐτῷ γνωρισθείς, θέλων τε τῆς ἑαυτοῦ σοφίας ἀπόδειξιν δοῦναι, ἠξίωσε τὸν Πλωτῖνον ἐπὶ θέαν ἀφικέσθαι τοῦ συνόντος αὐτῷ οἰκείου δαίμονος καλουμένου. τοῦ δὲ ἑτοίμως ὑπακούσαντος γίνεται μὲν ἐν τῷ Ἰσείῳ ἡ κλῆσις· μόνον γὰρ ἐκεῖνον τὸν τόπον καθαρὸν φησιν εὑρεῖν ἐν τῇ Ῥώμῃ τὸν Αἰγύπτιον. κληθέντα δὲ εἰς αὐτοψίαν* [2]) *τὸν δαίμονα, θεὸν ἐλθεῖν καὶ μὴ τοῦ δαιμόνων εἶναι γένους. ὅθεν τὸν Αἰγύπτιον εἰπεῖν· μακάριος εἶ, θεὸν ἔχων τὸν δαίμονα καὶ οὐ τοῦ ὑφειμένου γένους τὸν συνόντα κτλ.* Hoc Porphyrius, Plotini, ut observavimus, discipulus, scriptor fide haud indignus, veritatisque indagandae sagacissimus [3]). Sive igitur fraude praestigiisque usos esse theurgos, sive inanibus semetipsos decepisse cogitationibus, sive quidquid aliud de eiusmodi statuas caerimoniis, hoc nullo modo in dubitationem vocare fas est, ipsis in Isiacaeis sacerdotes diis daemonibusque eliciendis operam dedisse.

Quae cum ita sint, cum Aegyptiacae religioni antiquitus inesset magia, cumque sacerdotes et posterioribus temporibus magicas colerent disciplinas, magnum profecto foret miraculum, omnibusque magicis mirabilius miraculis, si aetate imperatoria in sacratissimis Isiaci cultus caerimoniis locus omnino nullus fuisset magiae.

Sed et scriptores et papyri magici certiores nos faciunt de mysteriis. Primum autem locus ille ex Origine, c.

1) De genio proprio cf. Ps. Iambl. De myst. IX, 2, 6.

2) Cf. de *αὐτοψίᾳ* § 2.

3) Cf. Zeller, Die Philosophie der Griechen[3], tom. III, part. 2, p. 636, 640.

Cels. III, 36, quem proxima paragrapho strictim attigimus, totus hic exhibendus est. Agitur de divinis honoribus, quos Celsus eundem in modum Antinoo, Hadriani imperatoris deliciis, ac Jesu contigisse dixerat. Contra Origenes uno eodemque ordine et impurissimum haberi catamitam et Christum sanctissimum, valde indignatur. Scilicet ne infestissimos quidem inimicos unquam Iesum vel tenuissima libidinis perstrinxisse suspicione. Quod vero ad divinos illos attineat honores, Antinoo post mortem a principe concessos, eos re vera tanti non esse, *καὶ εἴπερ φιλαλήθως καὶ ἀδεκάστως τὰ περὶ τὸν Ἀντίνουν ἐξετάζοι τις, μαγγανείας ἂν Αἰγυπτίων καὶ τελετὰς εὕροι τὰς αἰτίας τοῦ δοκεῖν τι αὐτὸν ποιεῖν ἐν Ἀντινόου πόλει καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ· ὅπερ καὶ ἐπ' ἄλλων νεῶν ἱστορεῖται ὑπὸ Αἰγυπτίων καὶ τῶν τὰ τοιαῦτα δεινῶν γεγονέναι, ἔν τισι τόποις ἱδρυόντων δαίμονας* [1]) *μαντικοὺς ἢ ἰατρικούς, πολλάκις δὲ καὶ βασανίζοντας τοὺς δοκοῦντάς τι παραβεβηκέναι περὶ τῶν τυχόντων βρωμάτων ἢ περὶ τοῦ θιγεῖν νεκροῦ σώματος ἀνθρωπίνου, ἵνα δοκοῖεν δεδίττεσθαι τὸν πολὺν καὶ ἀπαίδευτον. τοιοῦτος δέ ἐστι καὶ ἐν Ἀντινόου πόλει τῆς Αἰγύπτου νομισθεὶς εἶναι θεός, οὗ ἀρετὰς οἱ μέν τινες κυβευτικώτερον ζῶντες καταψεύδονται, ἕτεροι δὲ ὑπὸ τοῦ ἐκεῖ ἱδρυμένου δαίμονος ἀπατώμενοι καὶ ἄλλοι ἀπὸ ἀσθενοῦς τοῦ συνειδότος ἐλεγχόμενοι οἴονται τίνειν θεήλατον ἀπὸ τοῦ Ἀντινόου ποινήν. τοιαῦτα δέ ἐστι καὶ τὰ δρώμενα αὐτῶν μυστήρια καὶ δοκοῦσαι μαντεῖαι, ὧν πάνυ μακράν ἐστι τὰ τοῦ Ἰησοῦ. οὐ γὰρ συνελθόντες γόητες, χάριν τίνοντες βασιλεῖ τινι κελεύοντι ἢ ἡγεμόνι προστάσσοντι, πεποιηκέναι ἔδοξαν αὐτὸν εἶναι θεὸν κτλ.* E quibus discimus, ab Origene, ut ferme a Christianae fidei defensoribus, mysteriorum atque oraculorum miracula [2]) ad

1) De illa *δαιμόνων καθιδρύσει* fusius in epimetro secundo disputabimus.

2) Oracula ac mysteria uno saepe eodemque loco haberi § 14 p. 70 vidimus,

malas non solum praestigiatorum, sed etiam daemonum referri fraudes. Firmiter nempe teneamus oportet non arcanarum hic mentionem fieri de diis fabularum, quae sacra in nocte agantur, sed ipsorum daemonum in mysteriis miracula edentium. Scilicet et re vera esse daemones, et multis modis dicipere mortales, Christianis persuasissimum erat, Aegyptii vero daemones allicere sibique devincire ferebantur callidissimi. Nec Antinoi tantum, sed Aegyptiaca omnino l. l. notantur mysteria, ad quorum exemplar illa fuisse adumbrata res ipsa declarat [1]).

Exstat libellus, cui titulus inscriptus est Confessio Cypriani [2]), ficta quidem fabula, minime tamen indigna, quam diligenter pervolvamus [3]). Quo in libello Cyprianus magus quae coluerit sacra, quaeque perpetraverit scelera, enarrat. Sic tertia in paragrapho de Aegyptiacis, quibus initiatus fuit mysteriis, haec profert: *εἴκοσι γενόμενος ἐτῶν, παρ' Αἰγυπτίους εἰς Μέμφιν ἦλθον, κἀκεῖ τῶν ἀδύτων λαμβάνω πεῖραν, ἐν οἷς πρὸς τὰ περίγεια ἑνοῦνται* (sc. *οἱ δαίμονες*), *καὶ κατὰ ποῖον ἀποτρόπαιοί εἰσι τόπον, καὶ τίσιν ἐπιτέρπονται ἄστροις καὶ θεσμοῖς καὶ πράγμασιν, καὶ ἐν τίσι φυγαδεύονται· πῶς σκότος τηροῦσι, καὶ ἐν τίσι πράγμασιν ἄλλοις τὴν ἀντίστασιν ἔχουσιν. ἔγνων ἐκεῖ πόσοι ἄρχοντες σκότους εἰσίν, καὶ*

1) De Hadriano Aegyptiacorum numinum cultore cf. DREXLER i. v. Isis, p. 404, imprimis haec: „Unter Hadrian, der seinen schönen Liebling Antinous unter dem Bilde ägyptischer Gottheiten darstellen liess (DIETRICHSON, Antinous passim), und seine Villa in Tibur mit ägyptischen Denkmälern anfüllte, erscheinen zum erstenmal die Gottheiten des Nillandes auf den Münzen eines römischen Kaisers".

2) Haec confessio etsi ad T. Caecilium Cyprianum, notissimum illum scriptorem ecclesiasticum, non pertinet, scriptis tamen eius olim adiungebatur. In recentissima Cypriani operum editione quam curavit HARTEL, desideratur. Usus sum editione quam BALUZE et unus e Maurinis absolvit, Par. a. 1726. — Latina „Confessionis" versio in ed. Oxon. a. 1682 multis nominibus vituperanda est, ac imprimis locus ille, quem laudavi, admodum decurtatus est maleque vexatus.

3) Cf. A. DIETRICH, Abraxas, p. 116.

πῶς ἐν ψυχαῖς κατορθοῦσιν καὶ σώμασιν ἑαυτῶν κοινωνίαν ἔχουσι, καὶ ποία ἐνέργεια δι' αὐτῶν κατορθοῦται, δρόμος, γνῶσις, μνήμη, φόβος, τέχνη ἔνδολος, ἀθρύλλητος ὁρμή, λήθη καὶ ὄχλου παίγματα, καὶ τὰ τοιουτότροπα. ἐκεῖ ἔγνων σεισμῶν καὶ ὑετῶν ὁμοιότητα καὶ γῆς καὶ θαλάσσης ἐπιτετηδευμένην ὁρμήν, ὡς ἂν εἰς ἐναντίωσιν τῆς ἐποπτικῆς κινήσεως τοῦ θεοῦ. ἐκεῖ εἶδον γιγάντων ψυχὰς ὑπὸ σκότους τηρουμένας, καὶ φασματικῶς ὀρθούσας γῆν, ὡς ἄν τις ἐπ' ὤμων φέρῃ φορτίον βαρύτατον. ἐκεῖ εἶδον δρακόντων κοινωνίας μετὰ δαιμόνων, καὶ τὴν ἐξ αὐτῶν προιεμένην πικρίαν εἰς ὄλεθρον τῶν ἐπιγείων· ὅθεν μετέχοντα τὰ ἀέρια πνεύματα τοὺς ἀνθρώπους τὰ πάνδεινα διατίθενται, ὡς βοηθείας ὑλικῆς ἀπολαύοντα. — ἦλθον ἐν χώρῳ ὅπου αἱ ἰδέαι τῶν μεταμορφώσεων τοῖς δαίμοσι γίγνονται· ἣν ὁ δράκων ἀντιδιατασσόμενος τῇ θείᾳ διατυπώσει πρὸς τὴν τῆς πλάνης παράταξιν ἐπετήδευσεν· δι' ὧν τὰ πονηρὰ πνεύματα λειτουργοῦσι τοῖς συσπόνδοις αὐτῶν ἐν ἀσεβείᾳ ἀνθρώποις. Sequitur longa vitiorum enumeratio: *καὶ ἑκάστου* — sic denique pergit — *ἐλαττώματος εἶδον ἐκεῖ μορφὴν ἣν ἕκαστος δαίμων ἐνδυόμενος ἐπὶ τὸν κόσμον προίεται. τριακόσια ἑξηκονταπέντε παθῶν εἴδη εἶδον ἐκεῖ, καὶ τῆς κενοδοξίας καὶ κενῆς ἀρετῆς, καὶ κενῆς σοφίας, καὶ κενῆς δικαιοσύνης, ἐν οἷς πλανῶσι τοὺς Ἑλλήνων φιλοσόφους. ὅλως γὰρ ἐστολισμένα εἰσίν, ἀλλ' ὑπόστασιν οὐκ ἔχουσι· τὰ μὲν ὡς κονιορτός, τὰ δὲ ὡς σκιὰ θᾶττον διαρρέοντα. ἐν γὰρ τοῖς τριακοσίοις ἑξηκονταπέντε πάθεσι τὰ δαιμόνια ἐνεργεῖν παρασκευάζουσιν εἰς ἀποπλάνησιν.* Mysteriorum igitur Aegyptiacorum is scopus erat ac finis, daemonum et cognoscere ordines et adspicere. Ac vide, quemadmodum quae l. l. legimus, papyris magicis in Aegypto inventis confirmentur. Facit magus trecentorum sexaginta quinque mentionem vitiorum, quorum quasi personas ferunt daemones. Cf. pap. V. col. 4ª 32 *τὰ τξε' ὀνόματα τοῦ μεγάλου θεοῦ*, ad

quae LEEMANS p. 56 adnotat: „Nomina fortasse deorum, qui in pap. W. p. 3. v. 13 [1]) et p. 15. v. 8 (loc. par.) memorantur, et ex Basilidis [2]) doctrina ordinem facultatum divinarum inferiorem constituebant, cf. MATTER, Hist. d. Gnost. tom. II, p. 46". Christianum vero scriptorem mysticas visiones nihil esse existimare, nisi Satanae daemonumque insidias, non mirum.

Et opus illud notissimum „de mysteriis Aegyptiorum" [3]), quod Iamblichi fertur philosophi, magno nobis est subsidio. Quamquam hoc monitum velim candidum lectorem, ne in libro, cui revera titulus inscriptus est *Ἀβάμμωνος διδασκάλου πρὸς τὴν Πορφυρίου πρὸς Ἀνεβὼ ἐπιστολὴν ἀπόκρισις καὶ τῶν ἐν αὐτῇ ἀπορημάτων λύσεις*, Aegyptiaca mysteria ab initio ad finem exponi putet. Porphyrius enim philosophus in epistula ad Anebonem sacerdotem missa non solum de Aegyptiaca religione, sed etiam de theurgica omnino disciplina quidnam sibi tandem vellet, rogaverat. Abammon autem, sub quo nomine Neoplatonicus nescio quis philosophus, sed non ipse latet Iamblichus [4]), dum quaestiones a Porphyrio positas ex ordine solvere conatur, de Aegyptiacis quoque rebus quaedam in medium profert nec fide indigna [5]), nec a proposito nostro aliena. Sic in sect. VII, ubi de symbolica Aegyptiorum theologia disputat, *αὐτοψίαις* opponit *κοινοτέρας εὐχάς*, ib. 3. *Αὐτοψία* autem, ut § 2, ut

1) Lib. apocr. Moïs., p. 179, 11 sq. *λαβὼν σινδόνα καθαρὰν ἔνγραψον κροσῷ τοὺς τξε' θεοὺς.*

2) Basilidem in Aegypto habitavisse multaque ex Aegyptiaca religione desumpsisse fusius exposuit AMÉLINEAU, Ess. s. le Gnost. égypt., p. 78, 139—152; cf. et p. 102—112. Et Isidem magno habuisse honore Basilidem vel inde apparet, quod filio nomen indidit Isidoro.

3) Hunc nempe titulum latinae libri versioni inscripserunt Marsilius Ficinus et Nu. Scutellius.

4) Cf. ZELLER, Die Phil. d. Gr.[3], tom. III, part. 2. p. 715 adn. 1).

5) Cf. GRUPPE, Die griech. Culte u. Mythen, tom. I. p. 444.

et hac ipsa in paragrapho supra vidimus, ipsorum deorum est adspectus [1]) in secretioribus caerimoniis; *κοινότεραι* contra *εὐχαὶ* ad cultum publicum referendae sunt. In mysteriis igitur ipsos deos initiatis sese adspiciendos praebuisse indicat scriptor rerum theurgicarum ac mysticarum peritissimus. In proxima sectione Porphyrio respondit roganti quomodo homines diis possint comminari, cf. Porph. epist. a Galeo reficta, 30: *πολλῷ δὲ τούτων ἀλογώτερον, τὸ μὴ δαίμονι, εἰ τύχοι, ἢ ψυχῇ τεθνηκότος, αὐτῷ δὲ τῷ βασιλεῖ Ἡλίῳ ἢ Σελήνῃ ἤ τινι τῶν κατ' οὐρανόν, ἄνθρωπον τῷ τυχόντι ὑποχείριον ἀπειλὰς προσφέροντα ἐκφοβεῖν, ψευδόμενον, ἵν' ἐκεῖνοι* (sc. *οἱ θεοὶ*) *ἀληθεύσωσι. τὸ γὰρ λέγειν, ὅτι τὸν οὐρανὸν προσαράξει καὶ τὰ κρυπτὰ τῆς Ἴσιδος ἐκφανεῖ καὶ τὸ ἐν Ἀβύδῳ ἀπόρρητον δείξει καὶ τὴν βάριν στήσει καὶ τὰ μέλη τοῦ Ὀσίριδος διασκεδάσει τῷ Τυφῶνι, τίνα οὐχ ὑπερβολὴν ἐμπληξίας μὲν τῷ ἀπειλοῦντι ἃ μήτε εἶδε μήτε δύναται, καταλείπει, ταπεινότητος δὲ τοῖς δεδοικόσιν οὕτω κενὸν φόβον καὶ πλάσματα, ὡς κομιδῇ παισὶν ἀνοήτοις*; Quibus sic occurrit Abammon, ut eiusmodi minis non deos, sed inferioris tantum ordinis daemones terreri affirmet, VI, 5: *τοῦτο δὴ πᾶν τὸ εἶδος τῶν λόγων οὐχ, ὡς σὺ νομίζεις, πρὸς ἥλιον ἢ σελήνην ἤ τινα τῶν κατ' οὐρανὸν ἐπανατείνονται οἱ ἄνθρωποι* (*ἔτι γὰρ ἂν συνέβη δεινότερα ἄτοπα ὧν σὺ σχετλιάζεις*),

---

1) Cf. et ipsum Abammonem II, 4 (p. 76 sq. ed. Parth.), ubi *τῶν αὐτοφανῶν ἀγαλμάτων* quaenam sit ratio exponit: *οὐκοῦν ἐν μὲν ταῖς τῶν θεῶν αὐτοψίαις ἐναργέστερα καὶ αὐτῆς τῆς ἀληθείας ὁρᾶται τὰ θεάματα, ἀκριβῶς τε διαλάμπει καὶ διηρθρωμένα λαμπρῶς ἐκφαίνεται· τὰ δὲ τῶν ἀρχαγγέλων ἀληθῆ καὶ τέλεια φαίνεται· τὰ δὲ τῶν ἀγγέλων διασώζει μὲν τὸ αὐτὸ εἶδος, πλὴν ὑφίησί τι τῆς γνωριστικῆς ἀποπληρώσεως.* Cf. et ib. 7 (p. 88 sq. ed. Parth.): *Καὶ μὴν τῆς γε τάξεως, ἣν οἱ δρώμενοι ἔχουσι, γίγνεται ἔνδειξις ἐν ταῖς αὐτοψίαις, τῶν μὲν θεῶν θεοὺς ἢ ἀγγέλους ἐχόντων περὶ ἑαυτούς, τῶν δὲ ἀρχαγγέλων προπομποὺς ἀγγέλους ἢ σὺν ἑαυτοῖς συντεταγμένους ἢ κατόπιν ἑπομένους ἢ ἄλλην τινὰ δορυφορίαν πολλὴν ἀγγέλων περὶ ἑαυτοὺς περιβαλλομένων κτλ.*

ἀλλ' — ἐπί τε γένος δυνάμεων ἐν τῷ κόσμῳ μεριστῶν ἄκριτον ἀλόγιστον[1]) *ὃ δέχεται μέν ἀπ' ἄλλου λόγον καὶ κατακούει, οἰκείᾳ δὲ συνέσει οὔτε χρῆται οὔτε τὸ ἀληθὲς καὶ ψεῦδος ἢ δυνατὸν ἢ ἀδύνατον διακρίνει. τὸ δὲ τοιοῦτο ἀθρόως ἐπανατεινομένων τῶν ἀπειλῶν συγκινεῖται καὶ ἐκπλήττεται.* Tum magum arcanorum cognitione sacrorum dei instar daemonibus imperitare, VI, 6: *ὁ θεουργὸς διὰ τὴν δύναμιν τῶν ἀποῤῥήτων οὐκέτι ὡς ἄνθρωπος οὐδ' ὡς ἀνθρωπίνῃ ψυχῇ χρώμενος ἐπιτάττει τοῖς κοσμικοῖς, ἀλλ' ὡς ἐν τῇ τῶν θεῶν τάξει προϋπάρχων μείζοσι τῆς καθ' ἑαυτὸν οὐσίας ἐπανατάσεσι χρῆται. οὐχ ὡς ποιήσων πάντα ἅπερ διισχυρίζεται, ἀλλ' ἐν τῇ τοιαύτῃ τῶν λόγων χρήσει διδάσκων ὅσην καὶ ἡλίκην καὶ τίνα ἔχει τὴν δύναμιν διὰ τὴν πρὸς θεοὺς ἕνωσιν, ἣν παρέσχεν αὐτῷ τῶν ἀποῤῥήτων συμβόλων ἡ γνῶσις.* De *ἀποῤῥήτοις* hisce *συμβόλοις* sive *συνθήμασι* vide quae ad VI, 5 adnotavit Gale, cui egregiam libri egregiis adnotationibus instructam debemus editionem: „Erant autem symbola haec verba, characteres (i. e. notae), carmina, herbae, animalia, vestes pictae, quibus sacerdotes instructi longo usu deprehenderunt daemonum commercium bonorum, malorum fugam posse procurari". Hinc papyri magici, quibus Abammonis liber magna ex parte illustratur, nominibus scatent ac signis quae nullo modo intelligi possunt. Scilicet, ut Abammon observat, VII, 4: *καὶ δὴ κἂν ἄγνωστος ἡμῖν ὑπάρχῃ* (sc. symbolicus nominum arcanorum sensus) *αὐτὸ τοῦτό ἐστιν αὐτοῦ τὸ σεμνότατον· κρείττων γάρ ἐστιν ἢ ὥστε διαιρεῖσθαι εἰς γνῶσιν*, cf. II, 11: *ἡ τῶν ἔργων τῶν ἀῤῥήτων καὶ ὑπὲρ πᾶσαν νόησιν θεοπρεπῶς ἐνεργουμένων τελεσιουργία ἥ τε τῶν νοουμένων τοῖς θεοῖς μόνοις συμβό-*

---

1) Hi daemones et *ἔνυλοι* vocantur, de quibus in § 14 p. 58 et 71 mentio est facta.

λων ἀφθέγκτων δύναμις ἐντίθησι τὴν θεουργικὴν ἕνωσιν. Iam igitur fatendum est, si in papyro magico quodam apud Dieterichium allato, Abrax. p. 51 et 97, magus deum invocat,

νεῦσον ἐμοί, λίτομαι, ὅτι σύμβολα μυστικὰ φράζω,

longe alia hic commemorari symbola, quam quae nostris temporibus eodem nomine designentur. Sed ad Abammonem redeamus. Quippe et aliam init expediendae molestiae rationem, VI, 7: *τῶν ἀποῤῥήτων μυστηρίων οἱ δαίμονες ἐπιτροπεύουσι τὴν φυλακήν, οὕτω δή τοι διαφερόντως, ὡς ἐνταῦθα πρώτως συνεχομένης τῆς ἐν τῷ παντὶ διακοσμήσεως. διὰ τοῦτο γὰρ μένει μὲν ἐν τάξει τὰ τοῦ παντὸς μόρια, διότι ἡ ἀγαθοποιὸς τοῦ Ὀσίριδος δύναμις ἁγνὴ καὶ ἄχραντος μένει, καὶ οὐ συμμίγνυται πρὸς τὴν ἐναντίαν πλημμέλειαν καὶ ταραχήν, μένει δὲ καὶ ἡ τῶν ὅλων ζωὴ καθαρὰ καὶ ἀδιάφθορος, ἐπειδὴ τὰ ἀπόκρυφα ζωογόνα τῶν λόγων κάλλη τῆς Ἴσιδος οὐ κάτεισιν εἰς τὸ φαινόμενον καὶ ὁρώμενον σῶμα. ἀκίνητα δὲ διατελεῖ πάντα καὶ ἀειγενῆ, διότι οὐδέποτε ἵσταται ὁ τοῦ ἡλίου δρόμος· τέλεια δὲ καὶ ὁλόκληρα διαμένει πάντα, ἐπεὶ δὴ τὰ ἐν Ἀβύδῳ ἀπόῤῥητα οὐδέποτε ἀποκαλύπτεται· οἷς οὖν ἔχει τὴν σωτηρίαν τὰ ὅλα (λέγω δὲ ἐν τῷ τὰ ἀπόῤῥητα κεκρυμμένα ἀεὶ διατηρεῖσθαι καὶ ἐν τῷ τὴν ἄφθεγκτον τῶν θεῶν οὐσίαν μηδέποτε τῆς ἐναντίας μεταλαμβάνειν μοίρας), τοῦτο οὐδ' ἄχρι φωνῆς ἀνεκτόν ἐστι τοῖς περιγείοις δαίμοσιν ἐπακούειν ὡς ἄλλως ἔχον ἢ βέβηλον γιγνόμενον, καὶ διὰ τοῦτο ἔχει δύναμίν τινα πρὸς αὐτοὺς ὁ τοιοῦτος τρόπος τῶν λόγων· θεοῖς δὲ οὐδεὶς ἀπειλεῖ οὐδ' ἐστί τις τοιοῦτος τρόπος εὐχῆς πρὸς αὐτοὺς γιγνόμενος.* Vides ergo Abammonem, minas theurgicas *πάνυ ἀλληγορικῶς* explicare, iisque nec nisi daemones, quibus et Aegyptiorum mystica sacra commissa sint custodienda, terreri usque asseverare.

Sed non accurate deos a daemonibus discernebant scriptoris aequales Abammonisque defensio plane convellitur quibusdam papyrorum locis ut e. g. Gr. Egyp. Frg. o. Mag. Ed. Goodwin p. 12: *οὐ μὴ ἐάσω οὔτε θεὸν οὔτε θεὰν χρηματίζειν ἕως ὅτε ἐγὼ ὁ δεῖνα διαγνῶ τὰ ἐν ταῖς ψυχαῖς ἁπάντων ἀνθρώπων κτλ.* Operae pretium est, cum hisce Abammonis locis tabellam conferre devotionis, Hadrumeti repertam, sermone latino, sed litteris graecis conscriptam de qua docte, ut assolet, disputavit Maspéro, Étud. d. myth. e. d'arch. égypt. tom. II, p. 297—303. In fine nempe invocationis, magus, postquam deos, ut voti se compotem faciant, adiuravit, haec exclamat: *σι μινους δεσχενδο ιν α—δυτους Οσιρις ετ δισσολουαμ θεν—θαπεεν ετ μιτταμ ουθ α Φουλ*[1]) — *α Φλουμινε Φερατουρ—εγω ενιμ σουμ μαγνους δεχανους δει μαγνι δει*—ΑΧΡΑΜΜΑΧΑΛΑΛΑ. Hic recte observat Maspéro, *θεν θαπεεν*, cum latine sensum non praebeat, pro graecis vocabulis, sc. *τὴν ταφήν* esse accipiendum, collato loco ex Leem. Pap. ég. dem. p. 7 sqq.: *Βαστάζω τὴν ταφὴν τοῦ Ὀσίρεως, καὶ ὑπάγω καταστῆσαι αὐτὴν εἰς Ἄβυδος, καταστῆσαι εἰς ταστὰς*[2]) *καὶ καταθέσθαι εἰς ἀλχάς· ἐάν μοι ὁ δεῖνα κόπους παράσχῃ, προστρέψω αὐτὴν αὐτῷ*, i. e. Fero arcam Osiridis et vado, ut eam Abydi in adyto atque in domo aeterna deponam; quod si quis negotia mihi exhibeat, arcam contra eum vertam. De decanis haec addit Maspéro p. 302: „Je crois y reconnaître une allusion au rôle que les décans jouaient autour du tombeau d'Osiris; on les voit à Dendérah et à Philae, qui montent la garde autour du sarcophage divin en leurs formes demi-humaines, demi-bestiales. Leur chef, *le grand*

---

1) „*α Φουλ*, a ful(mine) a été rayé dans l'original", Maspéro p. 297.

2) *ταστὰς* et *ἀλχὰς* verba sunt Aegyptiaca litteris graecis conscripta.

décan du dieu grand, pouvait livrer à qui bon lui semblait, l'accès de la chambre funèbre, ou traiter comme il l'entendait, les tristes restes qui étaient confiés à ses soins. Le magicien en s'assimilant à lui, entend montrer aux dieux qu'il ne fait pas de vaines menaces: s'il leur déclare qu'il descendra au tombeau d'Osiris et en arrachera la momie, c'est que sa charge de *grand décan du dieu, et du dieu grand* lui donne l'accès libre auprès du dieu et tout pouvoir d'agir comme bon lui semble" [1]). Denique magos semetipsos deorum loco habuisse atque ut deos daemonibus imperavisse, cum multi alii in papyris loci, tum et illud in pap. V. col. 7a 23 testatur, *ἐγώ* (sc. *ὁ θεουργὸς*) *εἰμι* "Οσιρις, *ὁ καλούμενος ὕδωρ* [2])· *ἐγώ εἰμι* Ἶσις *ἡ καλουμένη δρόσος*, ut ferme Osiridis atque Isidis in papyris magicis [3]) nec non et in tabellis devotionis [4]) saepius fit mentio.

Ut paucis rem complectamur: omnia, quae sive de vetustissima, sive de recentiore Aegyptorum religione, sive ex libris sive ex papyris magicis in medium protulimus, luculenter nos docent, magicam artem cum mystico Osiridis atque Isidis cultu ita fuisse a prima origine coniunctam, ut nullo modo inde divelli queat. Recte igitur P. MON-

---

1) De decanorum potestate plura invenimus apud Stob. Ecl. phys. ed. Heeren, tom. I, p. 468—481 in fragmento quodam ex libris Hermeticis. Erant autem *δέκανοι* superioris ordinis daemones, triginta sex numero, qui decurias stellarum in Zodiaco gubernabant. Nec non et magnae eorum erant partes in rebus humanis, ib. p. 474: *βασιλειῶν μεταπροπαί, πόλεων ἐπαναστάσεις, λοιμοί, λιμοί, ἄμπωτις θαλάσσης, γῆς σεισμοί· οὐδὲν τούτων — χωρὶς τῆς τούτων ἐνεργείας γίγνεται*. Ex Libr. apocr. Moïs., p. 192, 20: *ἀρχάγγελοι δεκάνων*, efficias eos archangelis obedivisse. Cf. denique egregiam Parthii adnotationem ad Pap. Parth. I, 207.

2) Cf. Plut. De Is. et Os., 36, Hippol. Adv. Haer., p. 142, Orig. C. Cels., V, 38, Heliod. Aeth., IX, 9.

3) Cf. Pap. V, col. 5a 9, 11a 23 sq. Gr. Egyp. Frg. o. Mag. ed. Goodwin, p. 10. Cf. et huiusce dissertationis § 14 p. 60.

4) Cf. WÜNSCH, Sethianische Verfluchungstafeln aus Rom, p. 83—86.

CHAUX, postquam undecimo Metamorphoseon libro quae continentur, exposuit, observavit, Apulée magicien p. 596 et Apulée, Roman et magie p. 282: „Cet épisode des *Métamorphoses* a certainement frappé l'imagination des lecteurs africains, et les a confirmés dans leur croyance à la magie d'Apulée. — C'est qu'en effet l'on tenait à bon droit pour suspects ces fervents adorateurs d'Isis et d'Osiris. Les cultes orientaux ont occupé dans l'imagination des Grecs et des Romains la même place que les sciences occultes dans les esprits du moyen âge. Toutes ces religions, venues de Chaldée et d'Égypte étaient imprégnées d'astrologie et de magie".

§ 16.

Et rerum magicarum scriptores de Isiacis quae coniecerint mysteriis, recenseamus. Neque hoc multi sudoris erit et laboris. Admodum enim pauca apud eos invenimus, quae emolumento nobis sint ad quaestionem persolvendam. Scilicet nec ENNEMOSER [1]), nec MAURY [2]), nec CHRISTIAN [3]) illarum teletarum, quas subiit Apuleius, mentionem faciunt ullam. Solus, quod sciam, DU PREL locum Apuleianum: „Accessi etc." cui insunt omnia, explicare ac quasi in sua membra dissecare conatus est, Die Mystik der alten Griechen p. 105: „Ich ging bis zur Grenzscheide zwischen Leben und Tod — somnambule Ekstase —; ich betrat die Schwelle der Proserpina, und nachdem ich durch alle Elemente gefahren — Wasserprobe, Feuerfestigkeit, Erheben in die Luft — kehrte ich wiederum zurück. Zur Zeit der tiefsten Mitternacht sah ich die Sonne in ihrem hellsten Lichte leuchten — mystische Lichtphänomene. — Ich schaute die unteren und die oberen Götter von Angesicht zu Angesicht — Materialisationen — und betete sie in der Nähe an", cf. et p. 97. Verum philologi, si unum excipias Söhnsium [4]), du Prelium et in re psychologica et in scriptoribus interpretandis nimis temeraria ausum esse rati,

---

1) ENNEMOSER, Geschichte der Magie (1844).

2) L. F. A. MAURY, La magie et l'astrologie dans l'antiquité et au moyen âge.

3) CHRISTIAN, Histoire de la magie.

4) SÖHNS, Centralorgan für Realschulwesen, tom. 17, p. 104.

coniecturam quam de mysteriis proposuit reiecerunt [1]). Quid quod ne inter eos quidem, qui occulta perscrutari gaudent, hac de re convenit. KIESEWETTER in antiquissimis Aegyptiacae religionis mysteriis multa, in mysticis quibusdam posteriorum temporum conventiculis ab illa religione ortis quaedam magicos ritus referentia facta esse concedit, Der Occultismus des Altertums, tom. I, p. 270, tom. II, p. 519; B. DI VESME mysteria, quae silentio libenter, si licuisset, praeteriisset, nihil nisi actiones nescio quas symbolicas fuisse affirmat, Geschichte des Spiritismus, tom. I, p. 238 et 523. Sed finis tandem sit aliorum recensendi opiniones; et ipsi pro virili parte singulis Apulei verbis, hac certe in re du Prelium secuti, explicandis operam navemus.

1) SITZLER, N. Ph. Rs. 1889, p. 13 sq. BÜCHSENSCHÜTZ, B. Ph. W. tom. VIII, p. 1507—1510. Cui tamen minime assentiendum est interpretationem, quam DU PREL loci Apuleiani praebuit, ideo vituperanti, quod Apuleius ioci tantum causa sic locutus sit. Undecimo Metamorphoseon libro non iocatur Apuleius. Cf. LAFAYE, Hist. d. culte des div. d'Alex., p. 80 sq., 112 sq. ROHDE, R. M. tom. XL, p. 77. MONCEAUX, Apulée magicien, p. 593; Roman et Magie, p. 274: „Quand il s'agit de ses croyances, Apulée n'entend pas raillerie".

§ 17.

Accessi confinium mortis.

Huiusmodi locutionem a re mystica alienam non esse satis testatur Firmicus Maternus, De err. prof. rel. p. 24: „In quodam templo, ut in interioribus partibus homo moriturus possit admitti, dicit —ἐκ τυμπάνου βέβρωκα, ἐκ κυμβάλου πέπωκα, γέγονα μύστης [Ἄττεως]", quae verba iniuria sollicitasse Bursianum pro „moriturus" scribendo „introiturus" recte observavit Maass, deque illa mystarum consecratione, coll. et Diels, Sibyll. Bl. p. 122, egregie disputavit, Orpheus p. 176 adn. 3). Sed miror, virum acutissimum hic Plutarchi, sive, ut ipsi placet, Themistii [1]) non meminisse, Frg. de an. 2, ubi animam qui agit, cum initiando comparatur: Τότε δὲ πάσχει (sc. ἡ ψυχὴ) πάθος, οἷον οἱ τελεταῖς μεγάλαις κατοργιαζόμενοι. διὸ καὶ τὸ ῥῆμα τῷ ῥήματι καὶ τὸ ἔργον τῷ ἔργῳ τοῦ τελευτᾶν καὶ τελεῖσθαι προσέοικεν. Scilicet initiandos aeque ac morituros multis variisque exantlatis laboribus ante ipsum finem stupore urgueri, tremore corripi, horrore perfundi: Πλάναι τὰ πρῶτα καὶ περιδρομαὶ κοπώδεις καὶ διὰ σκότους τινὲς ὕποπτοι πορεῖαι καὶ ἀτέλεστοι, εἶτα πρὸ τοῦ τέλους αὐτοῦ τὰ δεινὰ πάντα, φρίκη καὶ τρόμος καὶ ἱδρὼς καὶ θάμβος, e quibus, ut ex aliis antiquorum scriptorum testimoniis, quae § 14

1) Orpheus, p. 303—305. Cuiquam tamen eum persuasisse versisimile non est.

(p. 65 sq., cf. et p. 75), laudavimus, luculenter apparet, multa in illis caerimoniis eo consilio esse facta, ut initiati quam vehementissime commoverentur animo, sibiquemet ipsis velut exempti, totos se in rebus divinis ponerent contemplandis, Procl. in Remp. p. 14 Ed. Pitr. (*τοὺς τελουμένους*) *ἑαυτῶν ἐκστάντας ὅλους ἐνιδρῦσθαι τοῖς θεοῖς.*

Non eadem semper erat *ἐκστάσεως* forma. Si Abammonem audimus, qui hasce animi perturbationes, cuiusmodi fuerint, probe notas habuit [1]), duae *ἐκστάσεως* species inter se distinguendae sunt, III, 25 sc. turbida, furiosa, instabilis, et sedata, placida, *ἄτρεπτος,* quam re vera vocares *ἐνθουσιασμόν,* ib. 7, 9. In illa homines mente plane abalienatos vehementissimos corporis dare motus, ib. 25; in hac contra vel mentis compotes esse plane expergefactos, *ἡ παντελὴς ἐγρήγορσις,* ib. 2, vel inter somnum ac vigiliam versari, *ἡ μεταξὺ τοῦ ὕπνου τε καὶ τῆς ἐγρηγόρσεως κατάστασις* l. l. vel torpore quodam constringi somno quam simillimo, *ἡ κάρῳ προσφερὴς κατάληψις* [2]), l. l. Illius in Corybantiacis Bacchicisque orgiis [3]), huius in theurgia, in divinatione inque incubatione magnae erant partes. Quin et Christiani *ἔκστασιν ἄτρεπτον* magnum dei vocabunt *χάρισμα* [4]). Sic enim divina mortalibus patefieri mysteria, sic et huic vitae utilia divinitus dari consilia, persuasissimum erat et ipsis. Ep. Paul. ad Cor. II, 12, 2—4: *Οἶδα ἄνθρωπον* [5])

---

1) Cf. Kiesewetter, Der Occult. des Alt. tom. II, p. 801—803.

2) Vet. Test. Genes. II, 21 graece iuxta septuaginta interpretes sic versum est: *Καὶ ἐπέβαλεν ὁ Θεὸς ἔκστασιν ἐπὶ τὸν Ἀδάμ, καὶ ὕπνωσε.* — Cf. et Hesychius, qui in glossario *ἔκστασιν* non solum *φόβον* sed etiam *ὕπνον* interpretatur.

3) Cf. quae § 14 p. 68 sqq. exposuimus.

4) De *ἐκστάσει* apud Christianos docte eleganterque disputavit H. Weinel, Die Wirkungen des Geistes und der Geister im nachapostolischen Zeitalter bis auf Irenaeus.

5) Semetipsum hic spectare Paulum e contextu patet.

ἐν Χριστῷ πρὸ ἐτῶν δεκατεσσάρων (εἴτε ἐν σώματι, οὐκ οἶδα· εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος, οὐκ οἶδα· ὁ Θεὸς οἶδεν·) ἁρπαγέντα τὸν τοιοῦτον ἕως τρίτου οὐρανοῦ. καὶ οἶδα τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον (εἴτε ἐν σώματι, εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος, οὐκ οἶδα· ὁ Θεὸς οἶδεν·) ὅτι ἡρπάγη εἰς τὸν παράδεισον, καὶ ἤκουσεν ἄρρητα ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι [1]), qui locus nescio quid mystici sonat. Cf. Act. Ap. X, 10, Apoc. Joh. I, 10, IV, 2, XVII, 3, et e scriptoribus ecclesiasticis Tert. De an. 9: „Est hodie soror apud nos revelationum charismata sortita, quas in Ecclesia, inter Dominica solemnia, per ecstasin in spiritu patitur, conversatur cum angelis, aliquando etiam cum Domino et videt et audit sacramenta (i. e. μυστήρια) et quorundam corda dignoscit et medicinam desiderantibus submittit". Cf. et Cypr. Ep. XVI, p. 520 Ed. Hartel, Ep. LXXV p. 817. Ut ad ethnicos redeamus scriptores, satis erit, hic Aristidem laudare rhetorem, qui morbo oppressus gravissimo, diis saepe incubuit, neque, si ipsi quidem fidem habemus, frustra. Sic in urbe Smyrna cum moraretur quondam, Aesculapium, ad quem confugeret potissimum, in somniis sibi indicavisse remedium affirmat, nec non, e quibus effecerit, ipsissimum venisse deum, exponit, Orat. sacr. II, p. 473 sq.: καὶ γὰρ οἷον ἅπτεσθαι δοκεῖν ἦν καὶ διαισθάνεσθαι ὅτι αὐτὸς ἥκοι καὶ μέσως ἔχειν ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως καὶ βούλεσθαι ἐκβλέπειν, καὶ ἀγωνιᾶν μὴ προαπαλλαγείη, καὶ ὦτα παραβεβληκέναι καὶ ἀκούειν, τὰ μὲν ὡς ὄναρ, τὰ δὲ ὡς ὕπαρ, καὶ τρίχες ὀρθαὶ καὶ δάκρυα σὺν χαρᾷ καὶ γνώμης ὄγκος ἀνεπαχθής· καὶ τίς ἀνθρώπων ταῦτά γ' ἐνδείξασθαι λόγῳ δυνατός; εἰ δέ τις τῶν τετελεσμένων ἐστί, σύνοιδέ τε καὶ γνωρίζει. Minime enim incubatio eiusmodi tantum somnus erat, quo fruimur omnes, sed

1) Cf. hoc de loco H. Weinel, Wirk. d. Geistes, p. 162, 201 sq.

quandoque animi status paulo commotior, in quem qui adducerentur, nihil non sese vel adspicere crederent vel audire, inanium rerum ac solidarum discrimine sublato.

Vocat Aristides l. l. eos, qui diis incubarent, τετελεσμένους, ut ferme incubationem cum initiatione comparare gaudet. Cf. Orat. sacr. IV, p. 503 sq., ubi, antequam θεοπέμπτους expectaverit ὀνείρους, multis modis se esse purificatum narrat, καὶ τριῶν, sic enim pergit, ἢ τεττάρων ἡμερῶν διαγενομένων γίγνεται φωνὴ δι' ὀνείρατος, ὅτι πέρας τε ἔχοι καὶ ἐπανήκειν δέοι. ἦν οὖν οὐ μόνον τελετῇ τινι ἐοικός, οὕτω θείων τε καὶ παραδόξων τῶν δρωμένων ὄντων, ἀλλὰ καὶ συνέπιπτέ τι θαυμαστὸν ἀηθείᾳ, ἅμα μὲν γὰρ εὐθυμεῖσθαι, χαίρειν, ἐν εὐκόλοις εἶναι καὶ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, ἅμα δ' οἷον ἀπιστεῖν εἴ ποτε ταύτην ἰδεῖν ἔξεσται τὴν ἡμέραν, ἐν ᾗ τις ἐλεύθερον αὐτὸν τῶν τοσούτων πραγμάτων ὄψεται, πρὸς δὲ καὶ δεδιέναι μή πού τι τῶν εἰωθότων αὖθις συμβὰν λυμήνηται ταῖς περὶ τῶν ὅλων ἐλπίσι. Haec si non utroque pede claudicat comparatio, et mystas eundem in modum, ac Aristidem inter spem metumque fluctuasse [1]), et quasdam certe teletas somniorum divinitus immissorum rettulisse speciem, statuendum est. Quodsi quasnam spectaverit Aristides teletas rogamus, non solemnia, ut e. g. Eleusinia, sed sacra, quibus initiarentur singuli, ut e. g. Isiaca, spectavisse, res ipsa declarat. Isiacae autem initiationis meminisse Aristidem, hanc quoque ob causam vero proximum videtur, quod et Aegyptiacorum deorum sacerdotibus familiariter utebatur, Orat. sacr. I p. 452 et Aegyptiacorum numinum cultor erat assiduus. Scilicet Isin ac Sarapin in somniis sibi sese obtulisse affirmat, Orat. sacr. III, p. 500,

---

1) Cf. Plut. De fac. in orb. lun. 28: — χαρᾶς, οἵαν οἱ τελούμενοι μάλιστα θορύβῳ καὶ πτοήσει συγκεκραμένην μετ' ἐλπίδος ἡδείας ἔχουσιν.

nec non oracula [1]) sibi edidisse, Orat. sacr. IV, p. 530. Sarapin, qui mari se eripuerit procelloso [2]), summis celebrat laudibus, Orat. VIII, impr. p. 97. Quin sacros de miraculis, quae ediderit Sarapis, eum inspexisse libros non sine causa coniecit LAFAYE, Hist. d. cult. des div. d'Alex. p. 84. Minime ergo abest suspicio, virum Aegyptiacae religioni deditum et secretiores eius religionis caerimoniae quorsum tenderent, non ignorasse. Adde, quod sacrae orationes undecimusque Metamorphoseon liber multis locis inter se similes sunt et inter se egregie illustrant [3]). Ut Aristides, sic et Apuleius somniis mirum quantum tribuit. Asseverat Madaurensis, deam Isidem noctis obscurae non obscuris imperiis sese, ut sacrorum particeps fieret arcanorum, monuisse, XI, 22 [4]); anno post initiationem peracto, „quietem rursus interpellasse numinis benefici curam pervigilem et rursus teletae commonuisse", ib. 26. Nec is finis est, sed post breve tempus „inopinatis et usquequaque mirificis deum imperiis rursus interpellatur et tertiam quoque teletam susceptare cogitur," ib. 29 [5]). Denique post tertiam initiationem Osiris „non alienam quampiam personam reformatus, sed coram suo illo venerando se dignatus adfamine", per quietem in collegium pastophorum adlegit Lucium ib. 30. Quae licet in maius sint exornata, sicut in eiusmodi rebus fit sane, non tamen plane fortuita fuisse, recte cum Burckhardtio statuas,

1) Cf. BOUCHÉ-LECLERQ, Hist. de la div. tom. III, p. 383.

2) A Sarapi saepius navigantes auxilium petivisse, testatur et epistola Aegyptii cuiusdam apud Romanos stipendia merentis, cf. A. ERMANN, FR. KREBS, Aus den Papyrus der Kön. Mus. p. 214.

3) Iuvat Lafaei illud afferre, Hist. d. cult. des div. d'Alex. p. 83: „Il y a, dans l'antiquité, bien peu de vies qui puissent être plus justement rapprochées de celle d'Apulée que celle d'Aelius Aristide".

4) Hunc locum plenius exhibuimus § 9 p. 36 sq.

5) Cf. hoc de loco § 9 p. 38 sq.

„Die Zeit Constantin's d. Gr." p. 196 sq.: „Das Einzige, was bei diesen Weihen auf eine systematische Behandlung des geistigen Menschen hindeutet, sind die beständigen, gewiss nicht ganz unwillkürlichen Träume, während welcher man den Willen der Isis über alle und jegliche Angelegenheiten vernimmt. Neben eigentlichem Betrug von aussen, der ja dem Schlafenden Träume in's Ohr flüstern kann, ist doch auch eine dauernde, künstlich genährte Nervenaufregung gar wohl denkbar". Ac nullam profecto movet admirationem, homines qui interdiu toti in cultu fuerint Isidis, et nocte in somniis vidisse Isidem. Firmiter nempe teneamus oportet, initiandos non solum, ut in aliis mysteriis, paucos per dies servasse ἁγνείαν [1]), sed et longius per tempus „sedulum colendi numinis ministerium frequentasse". Ipse de se haec refert Apuleius, XI, 19: „aedibus conductis intra conseptum templi larem temporarium mihi constituo deae ministeriis adhuc privatis adpositus contuberniisque sacerdotum individuus et numinis magni cultor inseparabilis". Quae omnia et animum initiandi sensim commovisse, et „phantasiam" cuius in ἐκστάσει non minimae sunt partes, mirum in modum incitasse, non est quod in dubium vocemus [2]). Quodsi Apuleium sacra in nocte inter alias caerimonias — neque enim

1) Apuleius ante initiationem primum „sueto lavacro" traditur, eique a sacerdote praecipitur „decem continuis illis (sc. ante initiationem) diebus cibariam voluptatem coherceret neque ullum animal esset et invinius esset", Met. XI, 23 quem locum § 9 p. 37 sq. attulimus. Et in aliis mysteriis eadem fere servasse initiandos, § 14 vidimus.

2) Cf. Lafaye, Hist. d. cult. des div. d'Alex. p. 112: „Ces abstinences, jointes à l'état de contemplation dans lequel le néophyte a vécu au fond du temple, privé du commerce des hommes et confiné en quelque sorte dans le domaine des choses saintes, l'ont amené à une certaine exaltation douce, qui change en amour le respect que lui inspirait la divinité; Isis est pour lui une compagne dont la vue suffit pour le ravir en extase".

preces, ἱεροὺς λόγους[1]), symbolorum communicationem, suavissimos symphoniarum modos defuisse putamus — consopitum fuisse, ita ut a sensibus velut abalienatus multa adspexerit mirabilia, statuimus[2]), quaestio, quam § 12 posuimus, scilicet quamnam tandem ob causam ad Isiacas teletas nemo admissus fuerit, nisi quem ipsa dea, in somniis sese ei offerens, ad summum hunc destinaret honorem, facile persolvitur. Non omnes enim ad ἔκστασιν adduci posse, sed eos tantummodo, qui animi nimia sint mobilitate atque ingenio ad somnia sibi fingenda promptissimo, probe sciebant sacerdotes Aegyptiaci quos somniis et interpretandis et excitandis sedulo navasse operam § 15 vidimus. Neque tamen inutile erit, plura hac de re in medium proferre. Evolvamus modo celeberrimum illum dialogum Poemandrum; quid aliud est, nisi ἔκστασις, in qua Poemander Hermeti sese offert eique rerum pandit originem? Ipsum audiamus Hermetem, Poem. 1: Ἐννοίας μοί ποτε γενομένης περὶ τῶν ὄντων, καὶ μετεωρισθείσης μου τῆς διανοίας σφόδρα, κατασχεθεισῶν τε τῶν σωματικῶν μου αἰσθήσεων — καθάπερ οἱ ἐν ὕπνῳ βεβαρημένοι ἐκ κόρου τε καὶ τροφῆς ἢ ἐκ κόπου σώματος — ἔδοξά τινα ὑπερμεγέθη μέτρῳ ἀπεριορίστῳ τυγχάνοντα καλεῖν μου τὸ ὄνομα καὶ λέγοντά μοι κτλ. Quidni sumamus huiusce dialogi scriptorem, quem religionem illam ex Aegyptiacis ac Graecis caerimoniis mixtam pernotam habuisse haud facile quis neget, ad exemplar Isiacae initiationis libellum conscripsisse? Sed aliud exstat multoque luculentius testimonium. Ipsum nempe Horum libros de somniis divinis composuisse fama

---

1) Cf. e. g. Hym. Andr. 11 sq.

2) Et Cumont verba Apuleiana, etsi non ad somnum, ad quandam tamen mentis abalienationem refert, idemque et Mithrae in mysteriis evenisse suspicatur, Textes et Mon. tom. I, p. 323.

ferebat, Dio Chrysost. Orat. XI, p. 205. Ed. Dind.: Ἐν γὰρ τοῖς Ὥρῳ γεγραμμένοις ὀνείρασιν οἱ ἄνθρωποι τοιαύτας ὄψεις ὁρῶσι, νῦν μὲν δοκοῦντες ἀποθνήσκειν καὶ σκυλεύεσθαι, πάλιν δὲ ἀνίστασθαι [1]) κτλ. quae Apuleianum illud, unde profecti sumus „Accessi confinium mortis" in mentem revocant. Neque negandum est, hisce inter se collatis, ipsa traditio quare ad instar voluntariae mortis et precariae salutis [2]) celebrata sit, Met. XI, 21, Apuleiusque quare post initiationem tam permotus fuerit animo, quam ex ipsa patet narratione [3]), multo melius nos intelligere.

---

1) SUSEMIHL, Geschichte der Griechischen Litteratur in der Alexandrinerzeit, tom. I, p. 876 adn. 191) l. l. haec addidit: „Es waren also ekstatische Visionen. Dass sie unter dem Namen des ägyptischen Gottes gingen, ist nicht wunderbar. Αἱ βίβλοι αἱ Ὥρου καὶ Ἴσιδος erwähnt auch Lukian, Gall. 18".

2) Fortasse non plane abs re erit, hic observare, eam opinionem tam late populos pervasisse, ut et nostra aetate gentes quaedam Afrae mysteria celebrent, quibus qui initientur, et mori dicuntur et renasci, cf. L. v. FROBENIUS, Die Geheimbünde Afrikas, impr. p. 14, in „Samml. gemeinverst. wiss. Vort." N. F. 209.

3) Cf. quae § 12 ex Apuleio hac de re attulimus.

§ 18.

Et calcato Proserpinae limine.

Inferorum hic mentionem fieri, vix est, quod moneamus, neque iniuria, nisi omnia nos fallunt, DREXLER in mysticis Isiacae religionis caerimoniis et Orci terriculamenta initiatis esse ostentata affirmavit [1]). Sed quomodo hoc factum sit, quaeritur. Etenim, si de solemnibus arcanis, ad quae plurimi admitterentur, hic ageretur, adytum eum in modum ornatum fuisse, ut infernas referret regiones, quemadmodum de templo Eleusiniaco non sine quadam veritatis specie coniecit FOUCART [2]), facile crederes; singulis vero initiandis tantum scenicae, ut ita dicam, repraesentationis apparatum esse instructum, a vero plane abhorret.

Sed eiusmodi apparatu facile supersedere poterant sacerdotes. Quid enim verisimilius est, quam mystas in somno illo, in quem eos adductos esse paragrapho proxima demonstrare conati sumus, ut aliarum rerum, sic et inferorum inanes quantumvis vidisse species? Nempe et mentis errore correptis, et iis, qui totos se ponunt in rebus divinis contemplandis quique nimia cogitandi vi abripiuntur, visa quandoque horribilia sese offerre, haud obscura fama est. Antiqui sane scriptores quaedam illarum „visionum" pro-

1) DREXLER i. v. Isis, p. 468: „wie denn auch die in ihre Mysterien Einzuweihenden die Schrecken der Unterwelt zu sehen bekamen". Cf. et LAFAYE, Dic. d. Ant. Gr. et Rom. tom. III, i. v. Isis, p. 582.

2) Cf. § 8.

ferunt exempla. Legimus apud Platonem, De re pub. X, p. 614—621 Erem genere Pamphylium cum occubuisset in proelio, sublatis decimo die cadaveribus corruptis, ipsum integrum sublatum domumque reportatum iamque pyrae impositum revixisse quaeque mente a sensibus alienata vidisset, sc. poenas damnatorum animarumque migrationem, enarrasse; apud Plutarchum, De ser. num. vind. 20—22 non longe diversa de Thespesio Solensi legimus. Apocalypses a Christianis non ita multis annis ante Apuleium conscriptae, huc ferme redeunt, ut quidam ex theologis vel ex apostolis „in spiritu" inferas res ac coelestes adspiciat, cf. Apocalypsin Iohannis, Apocalypses apocryphas [1]), Fragmentum denique Apocalypseos Petri paucis annis abhinc repertum [2]).

Et ab Isiacis mysteriis eiusmodi visiones alienas non fuisse cum opinione praesumere licet, tum Aristidis testimonio confirmatur. Scilicet, ut proxima observavimus paragrapho, et deos Aegyptiacos in somniis ipsi obviam factos auxilium tulisse affirmat, Orat. Sacr. III, p. 500: *ἐγένετο δὲ καὶ φῶς παρὰ τῆς Ἴσιδος καὶ ἕτερα ἀμύθητα φέροντα εἰς σωτηρίαν. ἐφάνη δὲ καὶ ὁ Σάραπις τῆς αὐτῆς νυκτός, ἅμα αὐτός τε καὶ ὁ Ἀσκληπιός, θαυμαστοὶ τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος καί τινα τρόπον ἀλλήλοις ἐμφερεῖς κτλ.* Sed imprimis, quae paulo inferius narrat, diligenter examinanda sunt: *πολὺ δέ τι τούτων φρικωδέστερον εἶχε τὰ χρόνῳ ὕστερον φανθέντα, ἐν οἷς αἵ τε δὴ κλίμακες ἦσαν αἱ τὸ ὑπὲρ γῆς τε καὶ ὑπὸ γῆς ἀφορίζουσαι, καὶ τὸ ἑκατέρωθι κράτος τοῦ θεοῦ, καὶ ἕτερα ἔκπληξιν θαυμαστὴν φέροντα, καὶ*

1) Apocalypses apocryphas edidit Tischendorf a. 1866.

2) Apocalypsen Petrianam edidit Harnack. Texte u. Untersuchungen herausg. v. Osc. v. Gebhardt u. Ad. Harnack IX, 2. Cf. et A. Dieterich, Nekya.

οὐδὲ ῥητὰ ἴσως εἰς ἅπαντας, ὥστε ἀσμένῳ μοι φανῆναι σύμβολα τοῦ Ἀσκληπιοῦ. κεφάλαιον δ' ἦν περὶ τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως ὅτι καὶ χωρὶς ὀχημάτων καὶ χωρὶς σωμάτων ὁ Σάραπις οἷός τ' εἴη κομίζειν ἀνθρώπους ὅπῃ βούλοιτο. τοιαῦτα ἦν τὰ τῆς τελετῆς Vocat igitur Aristides somnium, in quo species deorum rerumque arcana adspexerit, τελετήν, quaeque in illa τελετῇ viderit, profanis auribus committere fas sit necne, dubitat. Summam tamen ad Sarapidis potentiam spectasse, qui etiam sine vehiculis homines, quocunque velit, perducere possit, affirmat. Nec mirum de deo maximo Sarapi, qui tot tantaque ediderit miracula, ut nullo modo enumerari possint, Orat. VIII p. 95, ea referri, quae vel δαίμονες πάρεδροι perficiant, Pap. Parth. I, 119 sq. πάρεδρος qui invocatur βαστάξει σ[ε εἰς]άέρα καὶ πάλιν ῥίψει σε εἰς κλύδωνα ποντίων ποταμ[ῶν] [1]). Scalarum vero illarum quaenam in mythologia Aegyptiaca fuerint partes, ingenue me nescire fateor [2]); fieri tamen non potest, quin κλῖμαξ illa ἑπτάπυλος in Mithrae mysteriis, cuius mentionem facit Celsus ap. Orig. VI, 22, in mentem nobis veniat [3]), ut ferme Mithriaca sacra atque Aegyptiaca quaedam inter se communia habuisse § 9 p. 38 observavimus. Contra τὸ ἑκατέρωθι (i. e. τὸ ὑπὲρ γῆς τε καὶ ὑπὸ γῆς) κράτος τοῦ θεοῦ sese vidisse quod asseverat Aristides, satis aperte, nisi omnia me fallunt, indicat, se illis in somniis et inferas regiones sedesque animarum defunctarum perlustrasse; erat enim Sarapis mortuorum et rex et iudex, ut cum

---

1) De angelis eadem referebant Christiani et Gnostici, H. Weinel, Wirk. d. Geistes, p. 202 sq.

2) In tabella quadam devotionis Mus. Kirch. iuxta Aegyptiacorum deorum nomina scalae delineatae sunt, Wünsch, Sethianische Verfluchungstafeln, p. 28; cf. et 99 sq. Huc tamen referendae sint necne affirmare non ausim.

3) Cf. Cumont, Textes et Mon. tom. I, p. 117 sq., tom. II, p. 358 sq. et 525 sq.

aliunde satis constat [1]), tum et ipse luculenter exponit Aristides, Orat. VIII, p. 92 sq.: *ἐπεὶ καὶ μετὰ τὴν ἀναγκαίαν τοῦ βίου τελευτὴν ἔτι οὗτος ἄρχων ἀνθρώποις μένει. καὶ παρὰ τοῦτον δεῖ βαδίζειν παρ' αὐτοῦ, τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον οἴκοθεν οἴκαδε, ὡς αὐτόν. χώρους τε ὁ διαιρῶν ἑκάστοις οὗτός ἐστι πρὸς ἀξίαν τῆς ἐν τῇ γῇ διαίτης καὶ δίκης τῆς τῶν ὕστερον γιγνομένων.* Certe horrenda illa visa fuisse necesse est, cum dicat *ἀσμένῳ* sibi *φανῆναι τὰ 'Ασκληπιοῦ σύμβολα*, unde et hoc sequitur, symbola quoque sive signa deorum in *ἐκστάσει* vidisse initiatos. Quibus omnibus perpensis, nec non et locis illis, ubi Isis eodem cum Proserpina numero habetur [2]), inter se collatis, quid tandem obstat, quominus et Apuleianum illud „calcato Proserpinae limine" ad idem genus visionum referamus?

---

1) Lafaye, Hist. d. cult. des div. d'Alex. p. 248—252.

2) Apul. Met. XI, 2, 5, 25. Cf. Drexler i. v. Isis p. 468: „Leicht konnte sie in ihrer funerären Auffassung mit Persephone identificiert werden, so von Archemachos bei Plut. de Is. et Os. c. 27, vgl. Tzetzes in Lycophr. p. 116 ed. Steph. und Euseb. praep. evang. 3, 11; Cuperus, Harpocrates p. 125."

§ 19.

Per omnia vectus elementa remeavi.

Haec, quod sciam, e philologis nemo vel explicavit unquam vel explicare conatus est. Nec, quae de toto loco coniecerunt, hic quidquam afferunt emolumenti. Sive enim verba Apuleiana ad scenicam quandum referas actionem, sive ad *τὴν τῶν συμβόλων δεῖξιν*, certe fatearis necesse est, non bene te intelligere, quomodo initiatus per omnia vectus sit elementa. Itaque legionarii cum non debellaverint, arcessendi sunt auxiliares. Nec detrectat militiam du Prel, quaestionemque facile explicari posse contendit. Nempe a sensibus alienatos eo quandoque esse corporis habitu, ut igne non laedantur, aqua non mergantur, quinimo ut per aëra ferantur: haec et Apuleio sacra in nocte evenisse. Neque dubium est profecto, quin, ut nostra aetate, sic et antiquis temporibus multi eiusmodi miraculis fidem habuerint. Ipse du Prel, Die Mystik der alten Griechen p. 116 [1]). Abammonem adhibet testem, III, 4: *πολλοὶ γὰρ* (sc. *ἐνθουσιῶντες*) *καὶ πυρὸς προσφερομένου οὐ καίονται, οὐχ ἁπτομένου τοῦ πυρὸς αὐτῶν διὰ τὴν θείαν ἐπίπνοιαν· πολλοὶ δὲ καιόμενοι οὐκ ἀντιλαμβάνονται, διότι οὐ τὴν τοῦ ζώου ζωὴν ζῶσιν τηνικαῦτα. — αἵ τε ἐνέργειαι αὐτῶν οὐδαμῶς εἰσὶν*

---

1) Cf. et eiusdem scriptoris „Studien aus dem Gebiete der Geheimwissenschaften", tom. I, p. 13, 22, 155. Quaedam ex hoc libro in meum usum converti.

ἀνθρώπιναι, τά τε γὰρ ἄβατα βατὰ γίνεται θεοφορουμένοις καὶ εἰς πῦρ φέρονται καὶ πῦρ διαπορεύονται καὶ ποταμοὺς διαπερῶσιν — ib. 5: *καὶ ἤτοι τὸ σῶμα ἐπαιρόμενον ὁρᾶται ἢ διογκούμενον ἢ μετέωρον ἐν τῷ ἀέρι φερόμενον ἢ τἀναντία τούτων περὶ αὐτὸ φαίνεται γιγνόμενα.* Quae hic velut in unum collegit Abammon, apud alios invenimus singula. Plin. Hist. nat. VII, 2, 9 Phylarchus (tradit) et in Ponto Thibiorum genus, multosque alios eiusdem naturae — non posse mergi, ne veste quidem degravatos. Cyprianus magus in Conf. 12: *ἀξιούμενος ἐποίησα ἐν ἀέρι πέτεσθαι καὶ ἐν θαλάσσῃ βαδίσαι,* cf. quae de *παρέδρῳ* deque Sarapide homines per aëra, quocunque velit, evehente, proxima paragrapho observavimus. Simon Alexandriae magicam artem edoctus, Ps. Clem. Hom. II, 22, *ἐπὶ πῦρ κυλιόμενος οὐ καίεται· ἐνίοτε δὲ καὶ πέτεται,* ib. 32, 34. Brachmanas *ὁ δέ γε Δάμις φησὶ — μετεωροπορoῦντας δ' ἰδεῖν ἀπὸ τῆς γῆς εἰς πήχεις δύο, οὐ θαυματοποιΐας ἕνεκα (τὸ γὰρ φιλότιμον τοῦτο παραιτεῖσθαι τοὺς ἄνδρας), ἀλλ' ὁπόσα τῷ Ἡλίῳ συναποβαίνοντες τῆς γῆς δρῶσιν, ὡς πρόσφορα τῷ θεῷ πράττοντας,* Philost. Vit. Apoll. III, 15. Apud Eunapium in vit. Iambl. p. 458 Ed. Boiss.[2] discipuli sic adfantur philosophum: *Τί δῆτα μόνος, ὦ διδάσκαλε θειότατε, καθ' ἑαυτόν τινα πράττεις, οὐ μεταδιδοὺς τῆς τελειοτέρας σοφίας ἡμῖν; καίτοι γε ἐκφέρεται πρὸς ἡμᾶς λόγος ὑπὸ τῶν σῶν ἀνδραπόδων, ὡς εὐχόμενος τοῖς θεοῖς μετεωρίζῃ μὲν ἀπὸ τῆς γῆς πλέον ἢ δέκα πήχεις εἰκάζεσθαι· τὸ σῶμα δέ σοι καὶ ἡ ἐσθὴς εἰς χρυσοειδές τι κάλλος ἀμείβεται* [1]), *παυομένῳ δὲ τῆς εὐχῆς σῶμά τε*

---

1) Idem et Proclo evenisse narrat Marinus in vit. Procl. 23: *Μαρμαρυγῆς γάρ τινος ἐδόκει τὰ ὄμματα αὐτοῦ πληροῦσθαι, καὶ τὸ ἄλλο πρόσωπον ἐλλάμψεως θείας μετεῖχεν. ποτὲ γοῦν τις αὐτῷ παραγενόμενος ἐξηγουμένῳ ἀνὴρ τῶν ἐπιφανῶν ἐν τῇ πολιτείᾳ, ἀψευδὴς καὶ ἄλλως αἰδοῖος (Ῥουφῖνος αὐτῷ ὄνομα), φῶς εἶδε περιθέον τὴν αὐτοῦ κεφαλήν. ὡς δὲ πέρας ἐπέθηκε τῇ αὐτοῦ ἐξη-*

γίνεται καὶ τῷ πρὶν εὔχεσθαι ὅμοιον, καὶ κατελθὼν ἐπὶ τῆς γῆς τὴν πρὸς ἡμᾶς ποιῇ συνουσίαν, quae ipse de se fide digna non censuit Iamblichus. Strab. Geogr. XII, II, 7: *ἐν τοῖς Κασταβάλοις ἐστὶ τὸ τῆς Περασίας Ἀρτέμιδος ἱερόν, ὅπου φασὶ τὰς ἱερείας γυμνοῖς τοῖς ποσὶ δι' ἀνθρακιᾶς βαδίζειν ἀπαθεῖς.* Plin. Hist. nat. VII, 2, 11: Haud procul urbe Roma in Faliscorum agro familiae sunt paucae, quae vocantur Hirpi: hae sacrificio annuo, quod fit ad montem Soractem Apollini, super ambustam ligni struem ambulantes non aduruntur, cf. Sil. It. V, 175—178. Apud Persas, sicut et quibusdam in locis apud Graecos [1]), iudicium ignis usu receptum fuisse, a vero non abhorret. Sapore Magno regnante (309—380 p. Chr.) Aṭarpaṭ Mahrespand, liquido plumbo pectori superfuso, veritatem fidei, quam profitebatur, probavisse traditur, cf. TIELE, Gesch. v. d. Godsd. i. d. Oudh. tom. II fasc. 1 p. 135. Chaldaeos iurantes ignem transiisse refert Cyrillus Adv. Iul. p. 360*a* Ed. Spanh. [2]). Circulatores certe haec saepius edidisse mira-

---

γήσει, ἀναστὰς ὁ Ῥουφῖνος προσεκύνησέ τε αὐτὸν καὶ τὰ τῆς θείας ἐκείνης ὄψεως ὀμνὺς ἀπήγγειλεν. Cf. quae ad hunc locum adnotavit BOISSONADE, Mar. Vit. Procl. p. 115 sq.

1) Notissima sunt haec custodis in Soph. Ant. 264—267:

Ἦμεν δ' ἕτοιμοι καὶ μύδρους αἴρειν χεροῖν,
καὶ πῦρ διέρπειν, καὶ θεοὺς ὁρκωμοτεῖν
τὸ μήτε δρᾶσαι μήτε τῳ ξυνειδέναι
τὸ πρᾶγμα βουλεύσαντι μήτ' εἰργασμένῳ.

Cf. de ordaliis apud Graecos SCHOEMANN, Gr. Alt.[2] tom. II, p. 262 sq., et E. B. TYLOR, Enc. Britt.[9] i. v. Ordeal, tom. XVII, p. 818 sqq.

2) Hisce omnibus consideratis, *τὰς ἐν Μίθρου βασάνους καὶ καύσεις ἐνδίκους τὰς μυστικάς*, non „a priori" fide indignas esse censeamus oportet. Ut enim viro clarissimo CUMONT, quo nemo de rebus Mithriacis melius est meritus, libenter assentiar, tentamina illa in Monumento Maulsiano non esse incisa (cf. Textes et Mon. tom. II, p. 339 sq., tom. I p. 153 et 321 adn. 7), nec multum tribuendum esse Byzantinis scriptoribus quaevis fingentibus (cf. Textes et Mon. tom. II, p. 26—30, tom. I, p. 30 et 322 adn. 6)), Gregorii Naziazeni testimonium (cf. Textes et Mon. tom. II, p. 15 sq., tom. I, p. 30

cula, docet Hippolytus Adv. Haer. p. 96: Πίσσης λέβητα μεστὸν ἐπ' ἀνθράκων καιομένων τιθέντες, ἐπὰν βράσῃ, καθιέντες τὰς χεῖρας οὐ καίονται· ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ἀνθράκων πυρὸς περιπατοῦντες γυμνοῖς ποσὶν οὐ καίονται· nec, quomodo haec perfecerint, silentio praeterit, p. 98: Τῷ γὰρ λέβητι τῆς πίσσης ὡς ἐμβράσσοντι καθίησι τὰς χεῖρας· ὄξος δὲ καὶ νίτρον ἐμβαλὼν καὶ πίσσαν ὑγρὰν ὑποκαίει τὸν λέβητα· τὸ δὲ ὄξος ἅμα τῷ νίτρῳ μιγὲν ἀντιλαμβανόμενον θερμῆς μικρᾶς κινεῖ τὴν πίσσαν ὡς μέχρι τῆς ἐπιφανείας κινεῖν πομφόλυγας καὶ φαντασίαν μόνην παρέχειν ζέοντος· φθάνει δὲ καὶ τὰς χεῖρας πολλάκις ἅλμῃ νιψάμενος, διὸ οὐ πάνυ τι καίει, κἂν ἀληθῶς ζέῃ· εἰ δὲ μυρσίνῃ καὶ νίτρῳ καὶ σμύρνῃ μετ' ὄξους μίξας ἐπιχρίσας ἀπονίψει τὰς χεῖρας ἅλμῃ πλειστάκις, οὐ καίεται· τοὺς δὲ πόδας οὐ καίεται ἰχθυοκόλλᾳ [1]) καὶ σαλαμάνδρᾳ [2]) χρισάμενος. Quodsi Lobeck Graecos sacerdotes eiusmodi artificiis praestigiisque homines interdum obstupefecisse simpliciores pro certo habuit, Agl. lib. I, § 15 p. 120 sqq., et ab Aegyptiacis sacris varia oculorum auriumque ludibria haud abfuisse, non sine quadam veritatis specie coniicias. Multa certe huc pertinentia quaeque legantur dignissima protulit Berthelot, Les merveilles de l'Égypte et les savants alexandrins, Journ. d. sav. 1899 p. 242—253, 271—277.

---

et 322 adn. 6)) quare pro nihilo existimandum sit, non video. Cf. A. J. Rotteveel, De Romeinsche Mysterien van Mithras, p. 39: „Het waren echte tuchtigingen en folteringen, waaronder menigeen bezweek en welke volgens Gregorius van Nazianz (Orat. IV (I c. Jul. of Stel.) p. 109a) door keizer Juliaan met ophef geplaatst werden naast de martelingen, waaraan de Kristenen onderworpen waren geweest". Cf. et A. Gasquet, Essai sur le culte et les Mystères de Mithra, p. 91. — Ad ecstasin et haec refert du Prel, Myst. alt. Gr., p. 78 sq.

1) Cf. Plin., Hist. nat. XXXII, 24, 4: „Ichthyocolla appellatur piscis, cui glutinosum est corium idemque nomen glutino eius".

2) De salamandra „quae sola animalium ignem extinguat" cf. Aristot. Hist. an. V, 19, Plin. Hist. nat. X, 86, 1, XXIX, 23, 3.

Non tamen questionem ad exitum sic esse adductam reor. Fraudes enim in re divina ubique odorari, licet fraudibus quandoque usi sint sacerdotes, iniquum videtur. Verum neque du Prelii coniecturam, ut Ciceronis utar verbis, sustinere possim, si velim, nec velim, si possim. Scilicet a sensibus alienatis illa reverane eveniant miracula, videant psychologi, videant physiologi; ad philologos talia non pertinent. Sed omnia luce fient clariora, si locum ex Dion. Chrysost. Orat. XI, p. 205 Ed. Dind., quem § 17 partim exhibuimus, totum nunc exscripserimus: *Ἐν γὰρ τοῖς Ὥρῳ γεγραμμένοις ὀνείρασιν οἱ ἄνθρωποι τοιαύτας ὄψεις ὁρῶσι, νῦν μὲν δοκοῦντες ἀποθνήσκειν καὶ σκυλεύεσθαι, πάλιν δὲ ἀνίστασθαι καὶ μάχεσθαι γυμνοὶ ὄντες, ἐνίοτε δὲ οἰόμενοι διώκειν καὶ τοῖς θεοῖς διαλέγεσθαι καὶ αὐτοὺς ἀποσφάττειν καὶ μηδενὸς δεινοῦ ὄντος καὶ οὕτως, εἰ τύχοι ποτέ, πέτεσθαι καὶ βαδίζειν ἐπὶ τῆς θαλάττης.* Etenim in somno illo „ecstatico" cum tam mirabilia viderint mystae, quidni et per aëra [1]), per aquam, per ignem, denique, solo dehiscente, et per terram se latos esse crediderint? Si quidem eiusmodi visa non a sensibus tantum alienatis, sed nulli non sese offerunt somnianti.

1) Cf. H. Weinel, Wirk. d. Geistes, p. 205 sq.

§ 20.

Media nocte vidi solem candido coruscantem lumine.

Ad faces atque lucernas ia adyto collucentes haec vulgo referri, non mirum. Cui enim in mentem non veniat τὸ Ἐλευσίνιον πῦρ, de quo satis erit locum ex Plut. Frg. de an. 2, quem iam § 17 p. 99 laudavimus, afferre: πρὸ τοῦ τέλους αὐτοῦ τὰ δεινὰ πάντα, φρίκη καὶ τρόμος καὶ ἱδρὼς καὶ θάμβος· ἐκ δὲ τούτου φῶς τι θαυμάσιον ἀπήντησε κτλ.? Cui non in mentem veniat, in Mithraeis parietes variis distinctos fuisse coloribus itaque facum luce collustratos miro adspectu initiatos delectavisse [1])? Et Apulei, ad se cum rediisset — hoc enim ex verbo illo „remeavi" elici potest — oculos praestrinxisse lumen candidissimum si quis contendat, non pertinaciter ei obloquar. Nec tamen sine causa Lobeck, cum ipsa haec Apuleiana verba strictim attingeret, ornatus magnificentiae, apparatusque splendori non esse nimium tribuendum, monuit, multaque in teletis non ad spectandum proposita, sed pro spectatis accepta esse recte observavit. Atque illud „media nocte vidi solem" Lobeckium non sic interpretari voluisse, quasi e. g. fax

1) Cf. F. Cumont, Lex. Rosch. tom. II i. v. Mithras, p. 3062, cf. et Westd. Zeitschr. 1894 p. 56, et Textes et Mon. tom. I, p. 81 et 328.

pro sole monstraretur initiatis, sed ut initiati e sacerdotis verbis solem se videre clamantis, solis imaginem sibi informarent, enarravimus, et hoc quare ad verum propius accederet, § 2 data opera exposuimus. Verum multo maiorem verbis Apuleianis et vim inesse putamus et leporem, ad ecstaticas si referuntur visiones. Quippe lucis fulgorem radiis solis haud absimilem visionibus illis non defuisse antiqui satis testantur scriptores. Inspiciamus modo Novum Testamentum, in quo saepius fit mentio *ἐκστάσεως*, deque Paulo quae narrantur, consideremus, Act. Ap. IX, 3: *ἐν δὲ τῷ πορεύεσθαι, ἐγένετο αὐτὸν ἐγγίζειν τῇ Δαμασκῷ, καὶ ἐξαίφνης περιήστραψεν αὐτὸν φῶς ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ*, quod ipse refert apostolus ib. XXII, 6: *Ἐγένετο δέ μοι πορευομένῳ καὶ ἐγγίζοντι τῇ Δαμασκῷ περὶ μεσημβρίαν ἐξαίφνης ἐκ τοῦ οὐρανοῦ περιαστράψαι φῶς ἱκανὸν περὶ ἐμέ*, et XXVI, 12 sq. *πορευόμενος εἰς τὴν Δαμασκὸν μετ' ἐξουσίας καὶ ἐπιτροπῆς τῆς παρὰ τῶν ἀρχιερέων, ἡμέρας μέσης κατὰ τὴν ὁδὸν εἶδον — οὐρανόθεν ὑπὲρ τὴν λαμπρότητα τοῦ ἡλίου περιλάμψαν με φῶς καὶ τοὺς σὺν ἐμοὶ πορευομένους* [1]). Neque praeterire fas est quae legimus Apoc. Ioh. I, 10—20, ubi Iohannes *ἐν πνεύματι* Iesum se vidisse affirmat, *καὶ ἦν ἡ ὄψις αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος φαίνει ἐν τῇ δυνάμει αὐτοῦ*, ib. 16. Sic et in conventiculis theurgicis deos, ubi appareant, magnam luminis fundere vim a Neoplatonicis traditur [2]). Cf. Abammon, II, 4—8, sed imprimis illud: *Καὶ μὴν τήν γε λεπτότητα τοῦ φωτὸς οἱ μὲν θεοὶ τοσαύτην ἐπιλάμπουσιν, ὡς μὴ δύνασθαι χωρεῖν αὐτὴν τοὺς σωματικοὺς ὀφθαλμούς*, ib. 8. Cf. et III, 2: *ἄλλοτε δὲ φωτὸς ἐπιλάμψαντος λαμπροῦ καὶ ἠρε-*

---

1) Hisce de locis cf. H. Weinel, Wirk. d. Geistes, p. 171 sq. Cf. et p. 203 sq.

2) Et philosophi Neoplatonici quandoque lucis mysticae fulsisse splendore ferebantur, ut § 19 p. 112 sq. vidimus.

μαίου κατέχεται μὲν ἡ τῶν ὀφθαλμῶν ὄψις, συμμύει τε ἀναπεπταμένη μὲν (*μὲν* del.?) *οὖσα πρότερον· αἱ δ' ἄλλαι αἰσθήσεις διεγηγερμέναι τυγχάνουσι, καὶ συναισθάνονται πῶς εἰς τὸ φῶς οἱ θεοὶ ἐκφαίνονται, ὅσα τε λέγουσιν ἀκούουσι καὶ ὅσα δρῶσιν ἴσασι παρακολουθοῦσαι* [1]). Atque fulgorem illum non solum eos, qui in *ἔκστασιν* sive *ἐνθουσιασμὸν* sint adducti, sed etiam alios quandoque conspicere, ib. 6: *Τὸ δὲ μέγιστον ὁρᾶται τῷ θεαγωγοῦντι τὸ κατιὸν πνεῦμα καὶ εἰσκρινόμενον, ὅσον τέ ἐστι καὶ ὁποῖον· μυστικῶς τε πείθεται καὶ διακυβερνᾶται. ὁρᾶται δὲ καὶ τῷ δεχομένῳ τὸ τοῦ πυρὸς εἶδος πρὸ τοῦ δέχεσθαι· ἐνίοτε δὲ καὶ τοῖς θεωροῦσι πᾶσιν ἔκδηλον γίνεται, εἴτε κατιόντος ἢ ἀναχωροῦντος τοῦ θεοῦ.* Damascius in vita Isidori (a Photio excerpta) 105 quomodo ex ignea specie forma nascatur divina sic exponit: *Ὁ δ' ἐν τῷ τοίχῳ τοῦ φωτὸς φανεὶς ὄγκος οἷον παγεὶς εἰς πρόσωπον διεμορφοῦτο, πρόσωπον ἀτεχνῶς θεσπέσιον δή τι καὶ ὑπερφυές, οὐ γλυκείαις χάρισιν, ἀλλὰ βλοσυραῖς ἀγαλλόμενον, κάλλιστον δ' ὅμως ἰδεῖν καὶ οὐδὲν ἧττον ἐπὶ τῷ βλοσυρῷ τὸ ἤπιον ἐπιδεικνύμενον.* Ex iis autem, quae sequuntur. *Ὃν* (sc. *θεὸν*) *Ἀλεξανδρεῖς ἐτίμησαν Ὄσιριν ὄντα καὶ Ἄδωνιν κατὰ τὴν μυστικὴν θεοκρασίαν,* ib. 106, patet, de Syriacis hic agi caerimoniis vel de Aegyptiacis. Hic Berthelot, in opusculo § 19 p. 114 laudato, vaporibus ex obliquo collustratis, imaginibusque speculo repercussis spectra haecce adumbrata esse contendit, p. 245. Neque sane infitias ibimus, eiusmodi praestigias a sacerdotibus quandoque adhibitas fuisse, plures cum adessent spectatores; verum singuli cum initiarentur, vero propius putamus, mystas in somno exstatico nimia cogitationis vi esse abreptos. Utut haec sese

1) Cf. quae praeterea ad hunc Abammonis locum adfert L. Deubner, De incubatione, p. 10 sq.

habent, ad illam certe caerimoniam, quae scopus erat initiationis et finis, deorum dico praesentias, venimus. De qua cum paulo fusius sit disputandum, excusatum velim me habeat candidus lector, si non recta via ad finem tendere, sed longis errare videbor ambagibus.

§ 21.

Deos inferos et deos superos accessi coram et adoravi de proxumo.

Hic primum de ipsa voce „dii" quomodo sit accipienda, pauca praefanda sunt. Nempe et superioris esse ordinis divos sive deos, esse et inferioris sive daemones, antiqui pro certo quidem statuebant, sed parum accurate utrosque inter se distinguebant, ita ut eadem numina modo deos audiisse, modo daemones, nullam moveat admirationem. Cf. e. g. Celsus ap. Orig. VIII, 58: *Αἰγύπτιοι λέγουσιν, ὅτι ἄρα τοῦ ἀνθρώπου τὸ σῶμα ἓξ καὶ τριάκοντα διειληΦότες δαίμονες ἢ θεοί τινες αἰθέριοι εἰς τοσαῦτα μέρη νενεμημένον (οἱ δὲ καὶ πολὺ πλείους λέγουσιν) ἄλλος ἄλλο τι αὐτοῦ νέμειν ἐπιτέτακται* [1]). Nec Apuleius hac in re sibimet ipsi constat. Met. XI, 30 Osiris „deus deum magnorum potior et maiorum summus et summorum maximus et maximorum regnator" vocatur, sed in libello de Deo Socratis 15 non alio loco habetur atque Amphiaraus, Mopsus, Aesculapius, id est, iis adnumeratur daemonibus, qui in corpore humano quondam fuerint, quique, iuste ac prudenter vitae curriculo gubernato, postea ab hominibus dii sint appellati [2]).

---

1) Hanc opinionem impugnat Abammon IX, 7.

2) Hoc quid sibi velit, ut melius appareat, l. l. quae sequuntur addam sc. 16: „Verum haec omnis distributio eorum daemonum fuit, qui quondam in corpore humano fuere. Sunt autem non posteriore numero, praestantiore longe dignitate superius aliud augustius genus daemonum, qui semper a cor-

Scilicet oratione inflata verborumque tumore minus tum gaudet Madaurensis ac philosophi magis in modum, quidnam tandem inter deos et daemones intersit, definire conatur. Atque deos eodem semper mentis esse statu ib. 12, daemones vero omnia animorum placamenta et incitamenta pati asseverat ib. 13, unde etiam religionum diversis observationibus et sacrorum variis suppliciis fides impertienda sit. Esse enim nonnullos ex hoc divorum numero, qui nocturnis vel diurnis, promptis vel occultis, laetioribus vel tristioribus hostiis vel caerimoniis vel ritibus gaudeant, uti aegyptia numina ferme plangoribus, graeca plerumque choreis, barbara autem strepitu cymbalistarum et tympanistarum et choraularum. Itidem pro regionibus etiam pomparum agmina ac mysteriorum silentia longa varietate differre, ib. 14. Quae cum ita sint, cum numina aegyptiaca pro daemonibus esse habenda, cumque daemonum magnas in mysteriis esse partes diserte dicat ipse Apuleius [1]), vox, „dii" eo quoque loco, cui explicando operam navamus, nimis urguenda non est.

Sed de nomine satis; rem ipsam aggrediamur, sc. quomodo sive deorum adspectus sive daemonum, initiatis daretur. Atque et hic optimum videtur, locum ex Plut. frg. de an. 2, iam § 17 et § 20 allatum, denuo, sed pleniorem,

---

poris compedibus et nexibus liberi certis potestatibus curant. Quorum e numero Somnus atque Amor diversam inter se vim possident, Amor vigilandi, Somnus soporandi. Ex hac igitur sublimiore daemonum copia Plato autumat singulis hominibus in vita agenda testes et custodes singulos additos, qui nemini conspicui semper adsint arbitri omnium non modo actorum verum etiam cogitatorum." Cf. quae § 15 p. 85 sq. de genio proprio observavimus.

1) Cf. hic et Plat. Symp. p. 202 sq. *διὰ τούτου* (sc. *τοῦ δαιμονίου*) *καὶ ἡ μαντικὴ πᾶσα χωρεῖ καὶ ἡ τῶν ἱερέων τέχνη τῶν τε περὶ τὰς θυσίας καὶ τὰς τελετάς*. cf. et Plut. De def. or. 13 et De fac. in. orb. lun. 30, quos locos § 14 p. 65 attulimus. Plutarchi testimonium ideo magni est pretii, quod eum et Isiacis mysteriis fuisse initiatum non sine causa suspicatur Maass, Orpheus p. 4 adn. 2).

oculis subiicere lectoris: *πρὸ τοῦ τέλους αὐτοῦ τὰ δεινὰ πάντα, φρίκη καὶ τρόμος καὶ ἱδρὼς καὶ θάμβος, ἐκ δὲ τούτου φῶς τι θαυμάσιον ἀπήντησε καὶ τόποι καθαροὶ καὶ λειμῶνες ἐδέξαντο φωνὰς καὶ χορείας καὶ σεμνότητας ἀκουσμάτων ἱερῶν καὶ φασμάτων* (a. l. *φαντασμάτων*) *ἁγίων ἔχοντες*, ubi inter ea, quae Eleusine — Eleusiniacas enim caerimonias spectare Plutarchum satis constat — mystis obiicerentur, et *ἅγια* illa memorantur *φάσματα*, quae § 8 p. 31 sq. strictim attigimus, sed de quibus nunc data opera disserendum est, cum haud dubie ad quaestionem, quam absolvere conamur, pertineant. Namque Lobeckium si audiamus, *φάσματα* signa fuerunt deorum in medio posita vel etiam solemni pompa circumducta, Agl. lib. I § 7, p. 58 sqq. Nec longe aliter Chr. Lenormant Sr. quo nemo copiosius hac de re disputavit, Plat. Phaedr. p. 250 bc, Aristid. Orat. XIX p. 416 [1]), Him. Ecl. XXXII p. 304 Ed. Wernsdorf. (Himerius nempe rhetor, ut Wernsdorf in adnotationibus observavit, locum e Platonis Phaedro allatum haud dubie ante oculos habuit), Plut. denique Frg. de an. 2, inter se collatis, symbolorum hisce locis mentionem fieri censet vel statuarum lignearum: „— tout me persuade qu'il est alors uniquement question des apparitions de figures colossales ou de symboles de grande dimension qui faisaient partie des spectacles d'Éleusis," Mém. de l'Acad. des Inscr. tom. XXIV, 1re part, p. 370 sq., quae et Fr. Lenormant Jr. exhibet, Dic. d. Ant. Gr. et Rom. tom. II, i. v. Eleusinia p. 575 sq. Atque ex Plat. Phaedr. p. 250 bc: *εἶδόν* (sc. animi a corporibus secreti et liberi) *τε καὶ ἐτελοῦντο τῶν τελετῶν ἣν θέμις λέγειν μακαριωτάτην, ἣν ὠργιάζομεν ὁλόκληροι μὲν αὐτοὶ ὄντες καὶ ἀπαθεῖς κακῶν, — ὁλόκληρα δὲ καὶ*

1) Hunc locum § 8 p. 31 exscripsimus; cf et § 14 p. 65.

ἁπλᾶ καὶ ἀτρεμῆ καὶ εὐδαίμονα φάσματα μυούμενοί τε καὶ ἐποπτεύοντες, magno ingenii acumine CHR. LENORMANT SR. efficit, Eleusiniaca *φάσματα*, quae l.l. coelestibus *φάσμασι* opponuntur, nec omnia omni ex parte fuisse absoluta — dans les mystères, on ne montrait souvent qu'une partie des figures, ou bien il y en avait de mutilées ou d'incomplètes comme les Hermès, — nec simplicia — les apparations éleusiniennes devaient être quelquefois compliquées et surchargées d'attributs incompréhensibles, — nec immota — à Éleusis, ces apparations en mouvement se succédaient les unes aux autres, ib. p. 373. Simulacra ergo erant ex ligno confecta (des mannequins) quae variis machinis artificiose moverentur p. 420 sqq. Ac quibusdam in vasis et operibus caelatis *φάσματα* Eleusiniaca esse depicta, tantum non pro certo statuit, p. 343 sqq. Quod ad ultimum hoc attinet, recte, si quid videmus, contra observavit E. POTTIER, ad verum proxime non accedere, Graecos unquam animum induxisse, ut sacrorum sacerrima, qualia certe *ἄῤῥητα* illa sive *ἅγια φάσματα* erant, vel vasis vel marmori insculperent, Dict. d. Ant. Gr. et Rom. tom. II i. v. Eleusinia, p. 576 adn. 721). Neque ipsorum vocabulorum „*φάσμα*" et „*φάντασμα*" vis ac significatio Lenormantii coniecturae magnopere favent. *Φάσμα* enim *τὸ φαινόμενον* valet, externa species, deque statuis ergo, id est, rebus e crassa materie confectis, nec nisi immutato sermone, idque perraro, usurpatur, ut Dio Chrysost. Orat. XII p. 401 Ed. Reisk.: *σὺ δὲ* (sc. Phidias) *ἰσχύϊ τέχνης ἐνίκησας, καὶ συνέλεξας τὴν Ἑλλάδα πρῶτον, ἔπειτα τοὺς ἄλλους τῷδε τῷ φάσματι* (i. e. signo Iovis), *θεσπέσιον καὶ λαμπρὸν ἀποδείξας*, cf. et Ael. frg. 120 p. 443 Ed. Hercher. (locus satis vexatus). Quandoque apparitio in coelis *φάσμα* vocatur, ut Aristot. Metereol. I, 1: *κομητῶν καὶ τῶν ἐκπυρουμένων*

καὶ κινουμένων φασμάτων, cf. et Dio Chrysost. Orat. XII, p. 385 et 403 Ed. Reisk. Saepe *φάσμα* ostentum significat, Plat. Polit. p. 268 e *τὸ περὶ τὴν Ἀτρέως τε καὶ Θυέστου λεχθεῖσαν ἔριν φάσμα*, cf. Leg. V, p. 738 c, saepe visum in somniis, Aesch. Agam. 274: *ὀνείρων φάσματα*, cf. et Soph. El. 503, 644; permultis denique locis spectrum vel mortui cuiusdam vel daemonis vel dii, Herod. VI, 69: *Ἦλθέ μοι φάσμα εἰδόμενον Ἀρίστωνι*, Plat. Symp. p. 179 d: *Ὀρφέα δὲ τὸν Οἰάγρου ἀτελῆ ἀπέπεμψαν ἐξ Ἅιδου, φάσμα δείξαντες τῆς γυναικός, ἐφ' ἣν ἧκεν.* Appian. Bell. Mithr. 27: *φάσμα τῆς Ἴσιδος ἔδοξε πῦρ ἀφιέναι πολὺ κατ' αὐτοῦ* (sc. *τοῦ μηχανήματος*, quod ad Rhodi moenia hostes admovebant) Abamm. II, 3 *μονοειδῆ μέν ἐστι φάσματα τὰ τῶν θεῶν, τὰ δὲ τῶν δαιμόνων ποικίλα.* Significatio vocis „*φάντασμα*" non multum inde discrepat. Est *φάντασμα* imago in anima a sensu profecta, Porph. ap. Stob. Fl. Gr. tom. I, p. 481 Ed. Gaisford.: *ὅτ' ἂν γένηται ἡ αἴσθησις ἀνελθοῦσα ἐπὶ τὴν φανταστικὴν κατασκευήν, τὸ γενόμενον ἐν τῇ φανταστικῇ τὸ πάθος ὅ τι δή ποτε ὄν, καλεῖται φάντασμα.* Est species, quae rei ipsi opponitur [1]), Plat. De re pub. 599 a: *φαντάσματα γάρ, ἀλλ' οὐκ ὄντα ποιοῦσιν.* Visa tamen in coelo nonnumquam *φαντάσματα* appellantur, cf. Ps. Aristot. De mundo 4, p. 399: *τῶν ἐν ἀέρι φαντασμάτων τὰ μέν ἐστι κατ' ἔμφασιν, τὰ δὲ κατ' ὑπόστασιν.* At saepius insomnia, Aesch. Sept. 710: *Ἐνυπνίων φαντάσματα*, saepius hallucinationes, Chrysippus ap. Ps. Plut. De plac. phil. IV, 12, 5: *φάντασμα δέ ἐστιν, ἐφ' ὃ ἑλκόμεθα κατὰ τὸν φανταστικὸν διάκενον ἑλκυσμόν· ταῦτα δὲ γίνεται ἐπὶ τῶν μελαγχολώντων καὶ μεμηνότων*, saepius spectra, Eur. Hec. 54 *φάντασμα* (sc. Polydori mortui) 94: *φάντασμ' Ἀχιλλέως*, cf. et 390. Plin.

1) Cf. in lingua Germanica „Erscheinung" et „Ding an sich".

Sec. Ep. VII, 27: „Igitur perquam velim scire, esse aliquid phantasmata et habere propriam figuram numenque aliquod putes an inanem et variam ex metu nostro imaginem accipere." Tert. Apol. 23: „magi phantasmata edunt et iam defunctorum inclamant animas." Non mirum igitur, cum eadem fere sint significatione *φάσμα* et *φάντασμα*, interdum ea inter se permutari, cf. Plat. Phaed. p. 81*d*: *ψυχῶν σκιοειδῆ φαντάσματα* [1]) a. l. *φάσματα*, Ps. Plut. De plac. phil. III, 18: *δοκοῦντος τοῦ φάσματος* (sc. *τῆς ἅλω*) *γίνεσθαι*, a. l. *φαντάσματος*, cf. Diels. Dox. Gr. p. 384. l. 12. Sic Plut. quoque frg. de an. 2 et *φαντασμάτων* legitur et *φασμάτων*, sed recipit hoc Bernardakis, quoniam alios apud scriptores *φάσματα* Eleusiniaca memorantur. Utut haec sese habent, iis locis, ubi, quae vis voci subiecta sit, ambigitur, significationem omnium inusitatissimam usitatissimae praeferre, Eleusiniaque *φάσματα* statuas fuisse deorum sic temere affirmare non ausim. Ne tamen rem in incerto relinquamus *φάσμα* quidnam in re mystica sibi voluerit, diligenter examinemus. Ac loco quidem illo notissimo ap. Dion. Chrysost. Orat. IV, p. 168 Ed. Reisk.: *εἰώθασιν ἔνιοι τῶν περὶ τὰς τελετὰς καὶ τὰ καθάρματα, μῆνιν Ἑκάτης ἱλασκόμενοί τε καὶ ἐξάντης φάσκοντες ποιήσειν, ἔπειτα, οἶμαι, φάσματα πολλὰ καὶ ποικίλα πρὸ τῶν καθαρμῶν ἐξηγούμενοι καὶ ἐπιδεικνύντες, οἷά φασιν ἐπιπέμπειν χολουμένην τὴν θεόν*, vox „*φάσματα*" spectra esse vertenda, nemo non videt; spectra enim immittere Hecate vulgo credebatur; cf. quae § 14 p. 68 de Hecataeis sacris observavimus. Nec simulacris ex ligno confectis, sed longe aliis praestigiis homines simpliciores, qui hasce susceptarent teletas, magos decepisse, data opera exposuit Hippolytus

---

1) Hanc lectionem magis probat Ast. Plat. Op. tom. XI, p. 636 sq.

Adv. Haer. p. 96 sqq.; cf. et Berthelot, Les merveilles de l'Égypte p. 246. Sed ad alium locum transeamus. Celsus ap. Orig. IV, 10 Christianos impiorum apud inferos supplicia enarrantes *ἐξομοιοῖ — τοῖς ἐν ταῖς Βακχικαῖς τελεταῖς τὰ Φάσματα καὶ τὰ δείματα προεισάγουσι*, cf. et VIII, 48. — Valet *δεῖμα* „terriculamentum" ac cum voce „*Φάσμα*" nonnunquam coniungitur. Eur. Hec. 69 sq.

τί ποτ' αἴρομαι ἔννυχος οὕτω
δείμασι, Φάσμασι;

Luc. Alex. 47: *δειμάτων καὶ Φασμάτων καὶ τεράτων ἀπαλλάττον* (sc. Epicuri libellus). Ergo hoc quoque loco, ubi mentio fit *Φασμάτων*, de spectris agitur. Neque Bacchica haec mysteria, quibus initiatus fuerit, multumque tribuerit Plutarchus [1]), in angulis ab infimis planorum celebrata esse contendas. Quodsi et in iis spectra ostendebantur mystis, quamnam tandem ob causam in Eleusiniis facta esse negemus, quae in aliis fierent mysteriis? Fac tamen neget quis: testimonia scriptorum hic quoque omnem eximunt scrupulum. Namque apud Platonem, Phaedr. p. 250*bc*, si non coelestia tantum *Φάσματα*, de quibus aperte loquitur philosophus, sed et Eleusiniaca, quae animo eius obversabantur, „visa" vel „spectra" vertimus, multo melius quare haec nec omni ex parte absoluta, nec simplicia nec immota fuisse significaverit, intelligemus. Spectra enim nec expressas esse imagines nec simplices, sed incertas variasque, spectra non diu ante oculos observari, sed cito evanescere, quis fando non audierit? Quis non adgnoscat,

---

1) Uxorem scilicet mortem filiae lugentem sic adfatur, Cons. ad ux. 10: *Καὶ μὴν ἃ τῶν ἄλλων ἀκούεις, οἵ πείθουσι πολλοὺς, λέγοντες ὡς οὐδὲν οὐδαμῇ τῷ διαλυθέντι κακὸν οὐδὲ λυπηρὸν ἔστιν, οἶδ' ὅτι κωλύει σε πιστεύειν ὁ πάτριος λόγος καὶ τὰ μυστικὰ σύμβολα τῶν περὶ τὸν Διόνυσον ὀργιασμῶν, ἃ σύνισμεν ἀλλήλοις οἱ κοινωνοῦντες.* (Ecquid pro *κακόν* leg. *ἡδύ* vel *καλόν*?)

spectra imaginibus speculo repercussis melius reddi posse, quam simulacris ligneis? Adde, quod dicendi ratio, qua utitur Plato, aliam vocis interpretationem non admittit [1]). Sic et Plutarchus, cuius frg. de an. 2 ad Eleusinia mysteria vulgo refertur, statuas, quod sciam, nunquam, saepe visa in somniis ac spectra *φάσματα* vocat et *φαντάσματα* [2]). Nec Aristides, qui Orat. XIX, p. 416 fabulae de Cerere, Proserpina, Triptolemo, utpote nulli non notissimae *τὰ ἄῤῥητα* opponit *φάσματα*, aliam hisce vocabulis subiicit significationem, Orat. sacr. II, p. 467: *ἰάματα παντὸς εἴδους καὶ διαλόγους τινὰς εὑρήσει* (sc. qui diis incubat) *καὶ λόγους ἐν μήκει καὶ φάσματα παντοῖα.* Orat. sacr. IV, p. 502: *Ἔτει δεκάτῳ περιήκοντι τῆς ἀσθενείας ἐπελθὸν φάσμα ἔλεγε τοίαδε κτλ.*, Orat. sacr. VI, p. 551: *πολλὰ καὶ θαυμαστὰ ἐφοίτα φαντάσματα ἄγοντα εἰς Ἐπίδαυρον.* Ac forte fortuna evenit, ut de *ἀῤῥήτοις* illis *φάσμασι* plura in medium protulerit. Nam Orat. XIII, p. 231 Graecos in pugna Salaminia etiam *τοῖς ἀπ' Ἐλευσῖνος φάσμασι* adiutos esse affirmat. Quae *φάσματα* qualia fuerint, docet Herodotus VIII, 65, docet et ipse Aristides, Orat XIX, p. 418 sq.: *συνιούσης τῆς ναυμαχίας ἐξεφοίτα μὲν ὁ Ἴακχος συνναυμαχήσων, νέφος δὲ ὁρμηθὲν ἀπ' Ἐλευσῖνος καὶ ὑψωθὲν ὑπὲρ τῶν νεῶν ἐγκατέσκηψεν εἰς τὰς τῶν βαρβάρων ναῦς ἅμα τῷ μέλει τῷ μυστικῷ. Ξέρξης — δ' ἔφευγε, καὶ τὰ Μήδων πράγματ' ἀπώλλυτο.* Cf. et Orat. IV (in Bacchum) p. 50 sq.: *κήρυκες δὲ καὶ Εὐμολπίδαι πάρεδρον Ἐλευσινίαις αὐτὸν ἐστήσαντο, καρπῶν ἔφορον καὶ τροφῆς ἀνθρώποις. ὃ δὲ τούτῳ πρέπειν μοι δοκεῖ προσθεῖναι, μόνος γὰρ τῶν ἱερῶν φασμάτων ἐξεφοίτησεν ἐν τῷ κινδύνῳ τῷ Μηδικῷ.* E quibus locis quid sequitur, nisi *τὰ ἀπ'*

1) Cf. Astii Lexicum Platonicum i. v. *φάσμα.*

2) Cf. Glossarium Plutarcheum, id est vol. VIII ed. Wyttenbach. i. v. *φάσμα* et *φάντασμα.*

'Ελευσῖνος φάσματα non statuas deorum sed spectra fuisse? Itaque in eam adductos esse mystas opinionem, ut ipsissima numina sacra in nocte sese adspicere crediderint, ex asse assentimur v. cl. O. GRUPPE, Griechische Mythologie und Religionsgeschichte p. 54: „Zu diesen ἀγάλματα (Gottesbildern) rechnet man gewöhnlich [1]) auch die φάσματα und die φαντάσματα; doch können wir diesen Ausdruck nach griechischem Sprachgebrauch kaum anders als von leibhaften Gestalten der Dämonen der Erdtiefe oder auch der Himmlischen verstehen, welche, sei es durch die Schlucht des μέγαρον, sei es durch das ὀπαῖον kommend, von den Gläubigen vermeintlich erblickt und wohl auch gehört [2]) wurden."

Quodsi in Graecis mysteriis magnas fuisse spectrorum partes certo certius constat, et ab Isiacis mysteriis spectra aliena non fuisse, opinione certe praesumere licet. Cum iis igitur consentire non possumus, qui Isiacae initiationis vim atque effectum in symbolorum tantum vel statuarum adspectu positum fuisse contendant. Quid, si statuarum nullae omnino illa in initiatione erant partes? Hoc enim suadet Plotinus, Ennead. VI lib. IX, 11, ubi eum, qui ἑνώσεως summo cum numine fit particeps, cum initiando comparat. Scilicet qui ad scopum hunc vitae ac finem contendat, eum et pulchritudinem transcendisse oportet et virtutes, ὑπερβὰς ἤδη καὶ τὸν τῶν ἀρετῶν χόρον, ὥσπερ τις εἰς τὸ εἴσω τοῦ ἀδύτου εἰσδύς, εἰς τοὐπίσω καταλιπὼν τὰ ἐν τῷ ναῷ

1) Affert hic GRUPPE in adn. LOBECK, Agl. I, 58, quem locum et nos supra attulimus.

2) Adfert hic GRUPPE in adn. Plutarchi testimonium: „Nach Plut. Phok. 28 erschrecken μυστικαὶ ὄψεις und φωναί die Feinde". Spectat hic Plutarchus, ni fallor, idem miraculum, cuius Aristides l.l. facit mentionem; cf. Plut. Themist. 15. — Cf. et Dio Chrysost. Orat. XII p. 387: πολλὰ μὲν ὁρῶντα (sc. initiatum) μυστικὰ θεάματα, πολλῶν δὲ ἀκούοντα τοιούτων φωνῶν.

ἀγάλματα, ἃ ἐξελθόντι τοῦ ἀδύτου πάλιν γίγνεται πρῶτα μετὰ τὸ ἔνδον θέαμα, καὶ τὴν ἐκεῖ συνουσίαν πρὸς οὐκ ἄγαλμα οὐδ' εἰκόνα, ἀλλ' αὐτὸ, ἃ δὴ (sc. τὰ ἀγάλματα) γίγνεται δεύτερα θεάματα. τὸ δὲ ἴσως ἦν οὐ θέαμα, ἀλλὰ ἄλλος τρόπος τοῦ ἰδεῖν, ἔκστασις, καὶ ἅπλωσις, καὶ ἐπίδοσις αὐτοῦ καὶ ἔφεσις πρὸς ἀφὴν καὶ στάσις καὶ περινόησις πρὸς ἐφαρμογήν, εἴπερ τις τὸ ἐν τῷ ἀδύτῳ θεάσεται. Hisce si quis inest sensus, profecto is est, quibusdam in teletis non imagines deorum manu factas sed ipsos deos vidisse initiatos, sc. in ἔκστασιν, de qua § 17 pluribus egimus, provectos. Nec, quasnam hic spectarit Plotinus teletas, in incerto est. Erat Plotinus Lycopoli in oppido Aegypti natus, Alexandriae diu habitavit, diu et Romae, ubi Isidis cultus tum quam maxime florebat, Aegyptiacorum sacerdotum consuetudine utebatur, ut § 15 p. 86 vidimus. Quid ergo mirum, si et secretiores Aegyptiacae religionis caerimonias pernotas habuit, si cum Isiaca initiatione summam philosophi comparavit initiationem?

Nec Synesius philosophus silentio hic est praetereundus. Qui in libello de Providentia inimicitias, quae inter Osirim ac Typhonem fuere, sic enarravit, ut de rebus Aegyptiacis quaedam aliunde non nota inde discamus. Erant autem Osiris ac Typho, si Synesium audimus, filii regis, ille nullis non ornatus virtutibus, hic nullis non vitiis flagitiisque inquinatus. Itaque cum regi iam annis gravato qui succederet, crearetur, bonos Osiridi, pessimum quemque Typhoni favisse. Regem autem apud Aegyptios sic creari, ut coram populo et sacerdotes suffragia ferrent et milites, κἂν μὲν ἀγχώμαλον ᾖ τὸ πλῆθος, βασιλεὺς ἐπιψηφίσας θατέρᾳ μερίδι, παρὰ πολὺ μείζω ποιεῖ, τῇ δὲ ἐλάττονι προσνείμας ἑαυτὸν εἰς ἴσον καθίστησιν, ἔνθα ἀναθέσθαι δεῖ τὴν χειροτονίαν καὶ τῶν θεῶν ἔχεσθαι, προσεδρεύοντάς τε πλείω χρόνον, καὶ ἀπταιστό-

τερον ἁγιστεύοντας, ἕως ἂν οὐ διὰ παραπετασμάτων, οὐδὲ διὰ τῶν ἑκάστοτε συνθημάτων, ἀλλ' αὐτοπτηθέντες αὐτὸν τὸν βασιλέα ἀναδείξωσι, καὶ ὁ δῆμος αὐτήκοος γίνηται τῆς παρὰ τῶν θεῶν ἀναῤῥήσεως, De prov. p. 95 Ed. Petav. Haec fieri solere, ἐπὶ δὲ Τυφῶνός γε καὶ 'Οσίριδος θεοί τε οὐδὲν τῶν ἱερέων πραγματευσαμένων, τὴν πρώτην εὐθὺς ἐναργεῖς ἑωρῶντο, καὶ ἔταττον ἀφεστῶτες αὐτοί, καὶ διεκόσμουν ἕκαστος σφετέρους ὀργιαστάς, ἅπαντί τε δῆλον ἦν ἐφ' ᾧ γε παρείησαν, ib. Quam caerimoniam initiationem vocat Synesius ἐπεὶ οὖν τὴν βασίλειον τελετὴν ὑπό τε τοῦ πατρὸς ἐτετελέωτο (ὁ Ὄσιρις) p. 96, non aliam certe ob causam, quam quod mysteriorum atque Aegyptiacorum quidem — hoc enim res ipsa declarat — speciem referebat. Ac tertium comparationis, ut hac locutione utamur, haud dubie in eo positum est, quod ipsi dii caerimoniis adesse credebantur. Cf. quae de αὐτοψίᾳ in teletis Aegyptiacis § 15 p. 90 sq. observavimus, Ps. Cypriani ac Abammonis testimonio adhibito.

Superest, ut Pausanias, quae de mysticis Isidis solemnibus rettulerit, examinemus. Etenim X, XXXII, 13 narrat, quadraginta fere stadia ab oppido Tithorea esse ἄδυτον ἱερὸν Ἴσιδος, ἁγιώτατον ὁπόσα Ἕλληνες θεῷ τῇ Αἰγυπτίᾳ πεποίηνται· οὔτε γὰρ περιοικεῖν ἐνταῦθα οἱ Τιθορεῖς νομίζουσιν οὔτε εἴσοδος εἰς τὸ ἄδυτον ἄλλοις γε ἢ ἐκείνοις ἐστίν, οὓς ἂν αὐτὴ προτιμήσασα ἡ Ἶσις καλέσῃ (σφᾶς del.?) δι' ἐνυπνίων, quae iam § 9 p. 36 exhibuimus. Ibi bis in anno, sc. vere et autumno solemnia Isidis celebrari. Tertio autem die ante festum penetralia arcano ritu lustrari; secundo institores tabernas ex harundine atque alia ex materia aedificare; ultimo die mane hostias emere Isiacos, ac ditiores quidem boves cervosque, anseres et meleagrides aves pauperiores; pomeridianis denique horis sacra fieri. Dum Isiaci hostias in adytum agant, institores, tabernis incensis,

propere abire. Quae in adyto peragantur, ea profanos lateant oportere; verumtamen *Φασί ποτε ἄνθρωπον οὐ τῶν καταβαινόντων εἰς τὸ ἄδυτον, βέβηλον δέ, ἡνίκα ἤρχετο ἡ πυρὰ καίεσθαι, τηνικαῦτα εἰσελθεῖν εἰς τὸ ἄδυτον ὑπὸ πολυπραγμοσύνης τε καὶ τόλμης, καί οἱ πάντα ἀνάπλεα εἰδώλων φαίνεσθαι· καὶ ἀναστρέψαι μὲν αὐτὸν εἰς τὴν Τιθορέαν, διηγησάμενον δὲ ἃ ἐθεάσατο ἀφεῖναι τὴν ψυχήν*, ib. 17. Qua ex narratione, quamvis sit ficta, certe patet, hanc popularem fuisse opinionem, in mysticis Isidis caerimoniis spectra apparere; neque post omnia, quae § 15 ac ipsa hac paragrapho exposuimus, falsam fuisse hanc opinionem temere statuendum est. Nec quidquam obstat, quin et quae addat Pausanias, afferamus: *Ἐοικότα δὲ ἀνδρὸς ἤκουσα Φοίνικος, ἄγειν τῇ Ἴσιδι Αἰγυπτίους τὴν ἑορτήν, ὅτε αὐτὴν τὸν Ὄσιριν πενθεῖν λέγουσι· τηνικαῦτα δὲ καὶ ὁ Νεῖλος ἀναβαίνειν σφίσιν ἄρχεται, καὶ τῶν ἐπιχωρίων πολλοῖς ἐστιν εἰρημένα, ὡς τὰ αὔξοντα τὸν ποταμὸν καὶ ἄρδειν τὰς ἀρούρας ποιοῦντα τὰ δάκρυά ἐστι τῆς Ἴσιδος. τότε οὖν τὸν Ῥωμαῖον, ὅς ἐπετέτραπτο Αἴγυπτον, ἄνδρα ἔφη χρήμασιν ἀναπείσαντα εἰς τὸ ἄδυτον καταπέμψαι τῆς Ἴσιδος τὸ ἐν Κόπτῳ*[1]*· καὶ ὁ εἰσπεμφθεὶς ἀνέστρεψε μὲν ἐκ τοῦ ἀδύτου, διηγησάμενον δὲ ὁπόσα ἐθεάσατο καὶ τοῦτον αὐτίκα ἐπυνθανόμην τελευτῆσαι. τὸ ἔπος οὖν ἀληθεύειν ἔοικε τὸ Ὁμήρου, σὺν οὐδενὶ αἰσίῳ τοὺς θεοὺς τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἐναργῶς ὁρᾶσθαι*, ib. 18. Haec ut sint ficta, a veritate tamen non plane abhorret, procuratorem Romanum iusto magis curiosum, cum ex ipsis mystis secretum elicere non posset, profanum quendam pecunia corrupisse, ut una cum initiatis in adytum se inferret, quaeque ibi fierent, sibi enarraret; sed virum sacerrimis caerimoniis vehementer commotum ac horrore, ut

1) Cf. Apul. Met. II, 28, quem locum § 15 p. 83 sq. exscripsimus.

dicere solemus, superstitioso correptum, ex penetralibus reversum mox animam efflavisse. Quippe deorum daemonumque adspectum formidolosum esse mortalibus, a primo inde Homero, cuius ipsa haec sunt verba,

χαλεποὶ δὲ θεοὶ φαίνεσθαι ἐναργεῖς

Il. XX, 131, antiquis persuasissimum erat. Ac theurgos, ne divorum praesentiis laederentur, ante ipsam incantationem ἁγνείαν servasse, iam § 14 vidimus; iuvat tamen rursus Lucianum laudare, Nec. 7, ubi Menippus ideo a mago se esse lustratum affirmat, ἵνα μὴ βλαπτοίμην ὑπὸ τῶν φασμάτων. Neque alia profecto ratio fuit mysticae initiationis neque aliam ob causam profanis mortiferas esse caerimonias mysticas ferebant [1]).

De Isiacis mysteriis quae refert Pausanias si cum iis, quae Apuleius enarrat, conferimus, hunc initiationem, quae singulis contingeret, delineare, illum solemnia mystica, quibus nec Isiaca religio careret, quibusque una plures, etsi non magna vis hominum [2]), initiarentur, spectare patet. Solemnibus autem et Isiacaeis et Eleusiniacis spectra deorum mystis esse obiecta non est quod in dubium vocemus. Ac quomodo hoc fieri sit solitum si rogamus, nec du Prelio assentimur contendenti, materie e corporibus humanis sumta, posse formam induere solidam superiores quasdam naturas, — atque de hisce miraculis reverane fiant, inter viros doctos nondum convenit — aut Stollio [3]) assentiamur necesse est coniicienti, sacerdotes antiquos [4]), ut vel nostra aetate magos Indicos, et vigilantium mentibus quascunque

---

1) Cf. et hic quae § 14 p. 65 sq. attulimus.

2) Cf. quae hac de re § 9 p. 39 disputavimus.

3) O. Stoll, Suggestion und Hypnotismus in der Völkerpsychologie, p. 252.

4) Quosdam locos ex antiquis scriptoribus huc pertinentes in epimetro tertio tractabimus.

vellent imagines obtulisse, aut Berthelotio affirmanti, eiusmodi praestigiis, quales § 20 p. 118 indicavimus, initiatos decepisse hierophantas. Quamquam, ut ingenue, quid sentiam proferam, fide maius videtur, sacerdotes nobilissimos non plebeculae tantum stolidae, sed et magni ingenii viris multa per saecula imposuisse. Hic quoque Gruppe quae verbis supra allatis addiderit, afferam: — „so sehr sich freilich das Gefühl dagegen sträubt, dass einer der angesehensten priesterlichen Beambten des klassischen Griechenland einen Irrtum begünstigte oder wenigstens nicht aufklärte, der nur auf einer plumpen Täuschung der Gemeinde beruht und abgesehen von der grösseren Wirkung sich nicht viel von den zahlreichen Nachbildungen des eleusinischen Kultes und anderem Truge unterschieden haben kann".

At haec de solemnibus: de singulorum vero initiatione eadem suspicari non cogimur. Etenim cum dii, atque imprimis Aegyptii, somnianti saepius sese offerrent, quidni et mystam in somno „ecstatico" deos vidisse statuamus? Certe hoc suadent loci ex Aristide rhetore § 17 et § 18 allati, hoc locus ex Poemandro § 17 exscriptus, hoc Dio Chrysost. orat. XI p. 205 Ed. Dind., ubi inter ea, quae exstaticis contingant, etiam τὸ τοῖς θεοῖς διαλέγεσθαι refertur, hoc Plotini verba modo exscripta, hoc ipse denique Apuleius, qui species deorum in somniis sibi oblatas plus semel, quemadmodum § 17 vidimus, commemorat.

EPIMETRUM I.

ad § 8 p. 24 adn. 1).

De minoribus mysteriis dignissimum est, quod expendamus, Hippolyti testimonium in quinto adv. Haer. libro p. 164: Μικρὰ δέ, — ἐστὶ τὰ μυστήρια τὰ τῆς Περσεφόνης κάτω, περὶ ὧν μυστηρίων καὶ τῆς ὁδοῦ τῆς ἀγούσης ἐκεῖ, οὔσης πλατείας καὶ εὐρυχώρου καὶ φερούσης τοὺς ἀπολλυμένους ἐπὶ τὴν Περσεφόνην — ὁ ποιήτης δέ φησιν·

Αὐτὰρ ὑπ' αὐτήν ἐστιν ἀταρπιτὸς ὀκριόεσσα
κοίλη, πηλώδης· ἡ δ' ἡγήσασθαι ἀρίστη
ἄλσος ἐς ἱμερόεν πολυτιμήτου Ἀφροδίτης.

Quos versus A. Meineke Parmenidi adscribit (Diar. antiq. Marburg. a. 1852 IV, p. 375 sq.), Pampho Atheniensi Göttling (Prog. acad. Ien. a. 1853 p. 5) [1]), Chr. Petersen ex hymno aliquo, qui Homero adscribebatur in Venerem desumptos suspicatur [2]). Quique idem de Veneris et Proserpinae affinitate — nam Proserpinae potius l.l. mentionem fieri exspectes — nos ablegat ad Gerhardtium (Auserlesene Vasenbilder I, p. 46 et Welkerium (Sylloge Epigrammatum, Bonnae 1828 n. 203 p. 254) [3]). Cf. et Roscher i. v. Aphrodite, Lex. Rosch. tom. I p. 402 sq., p. 394, de Venere infera et H. v. Prott, Ein ἱερὸς νόμος der Eleusi-

1) Hipp. Adv. Haer. p. 165 adn. ad p. 164, 80— 82.
2) Hipp. Adv. Haer. Add. et Corr. ad p. 164, 80, p. 573.
3) Hipp. Adv. Haer. l.l.

nien, Ath. Mitt. tom. XXIV p. 260. Utut haec sese habent, fieri non potest quin magicorum hic meminerimus carminum aureis laminis incisorum ac quibusdam in sepulchris in Magna Graecia effossis inventorum [1]. Scilicet non solum Aegyptii, sed quandoque et Graeci mortuis phylacteria appendere solebant, quorum ope viam invenirent apud inferos. Iuvat specimen huiusmodi versuum oculis subiicere lectorum:

'Αλλ' ὅταν ψυχὴ προλίπῃ φάος ἀελίοιο
δεξιὸν ε[ἴσι]θι, [ὥ]ς δεῖ πεφυλαγμένον εὖ μάλα πάντα.
Χαῖρε, παθὼν τὸ πάθημα τὸ [τ'] οὔπω π[ρ]όσθ' ἐπεπόνθεις·
θεὸς ἐ[γ]ένου ἐξ ἀνθρώπου, ἔριφος ἐς γάλα ἔπετες.
Χαῖρε, χαῖρε, δεξιὰν ὁδοιπορ[ῶν]
λειμῶνας τε ἱεροὺς κατ[ὰ τ'] ἄλσεα Φε[ρ]σε[φ]ονείας,

Inscs. Gr. Sic. et It. 642. Illud *ἔριφος ἐς γάλα ἔπετες*, sive, ubi mortuus ipse loquens inducitur, *ἔπετον*, Inscr. 641, symbolum (i. e. tessera) habetur Orphicum. Atque eiusmodi symbola et magnis in mysteriis tradita esse initandis coniecit Foucart, mysticamque quaestionem sic solvere conatus est, quemadmodum in parte posteriore § 8 exposuimus. Sed quid vetat, eandem solutionem non ad minora potius adhibere mysteria, praesertim cum in iis ea maximi momenti essent, qnae dicerentur, in maioribus, quae viderentur? Denique sic scholion ad Aristoph. Plut. vs. 845: *ἦσαν δὲ τὰ μὲν μεγάλα* (sc. mysteria) *τῆς Δήμητρος, τὰ δὲ μικρὰ Περσεφόνης τῆς αὐτῆς θυγατρός*, quid sibi velit, multo melius intellegemus.

---

1) Cf. hac de re § 14 p. 67.

EPIMETRUM II.

ad § 15 p. 87 adn. 1).

Deos ac daemones magicis consecrationibus statuis alligari posse et gentiles pro certo habebant et Christiani. Qua de re Lobeck quidem, ad quem § 14 p. 56 adn. 1) ablegavimus lectores, docte, ut assolet, disputavit; sed tamen inutile non erit, pauca quaedam addere, quoniam imprimis Origenes huiusce consecrationis facit mentionem. Cf. igitur Orig. VIII, 41: *ἀλλ' οὐδ', ἂν ὦσί τινες δαίμονες ἐνιδρυμένοι τισὶν ἀγάλμασι, καὶ νομίζηται ὁ μέν τις αὐτῶν εἶναι Διόνυσος, ὁ δ' Ἡρακλῆς, οὐδὲ τούτοις λοιδορούμεθα* (sc. *ἡμεῖς οἱ Χριστίανοι*). VII, 35: (*δαίμονας*) *παρακατεχομένους ἐν τοῖς ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας αὐτῶν κατασκευασθεῖσι δεσμωτηρίοις· ἅτινα ἱερὰ θεῶν Ἕλληνες νενομίκασιν, ἀλλ' ἡμεῖς ἴσμεν ἀπατεώνων δαιμόνων εἶναι τὰ τοιαῦτα οἰκητήρια,* Ib. 64: (*δαίμονες*) *τοιοῖσδε παρακαθέζονται σχήμασι καὶ χωρίοις, ἤτοι ὑπό τινων μαγγανειῶν κατακλιθέντες ἢ καὶ ἄλλως δυνηθέντες προκαταλαβεῖν ἑαυτοῖς τόπους,* Ib. 69: *οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια. δῆλον δὲ καὶ τοῦτο ἐκ τοῦ εἰς τὰ δοκοῦντα ἐνεργέστερα τῶν νομιζομένων ἱερῶν κατακλίσεις περιέργους γεγονέναι καὶ κατὰ τὰς ἀρχὰς τῆς ἱδρύσεως τῶν τοιῶνδε ξοάνων καὶ νεῶν, ἅστινας κατακλίσεις οἱ τῇ τῶν δαιμόνων διὰ μαγγανειῶν θεραπείᾳ σχολάζοντες πεποίηνται.* V, 38: *περὶ δὲ Σαράπιδος πολλὴ καὶ διάφωνος ἱστορία, χθὲς καὶ πρώην εἰς μέσον ἐλθόντος κατά τινας μαγγανείας τοῦ βουληθέντος Πτολεμαίου οἱονεὶ ἐπιφανῆ δεῖξαι τοῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ θεόν.*

ἀνέγνωμεν δὲ παρὰ Νουμηνίῳ τῷ Πυθαγορείῳ περὶ τῆς κατασκευῆς αὐτοῦ, ὡς ἄρα πάντων τῶν ὑπὸ φύσεως διοικουμένων μετέχει οὐσίας ζῴων καὶ φυτῶν· ἵνα δόξῃ μετὰ τῶν ἀτελέστων τελετῶν καὶ τῶν καλουσῶν δαίμονας μαγγανειῶν οὐχ ὑπὸ ἀγαλματοποιῶν μόνων κατασκευάζεσθαι θεὸς ἀλλὰ καὶ ὑπὸ μάγων καὶ φαρμακῶν καὶ τῶν ἐπῳδαῖς αὐτῶν κηλουμένων δαιμόνων. Aegyptii autem magicae huius artis auctores habebantur, cf. Asclepius, 37: „Quoniam ergo proavi nostri multum errabant circa deorum rationem increduli et non animadvertentes ad cultum religionemque divinam, invenerunt artem, qua efficerent deos [1]). Cui inventae adiunxerunt virtutem de mundi natura convenientem eamque miscentes, quoniam animas facere non poterant, evocantes animas daemonum vel angelorum eas indiderunt imaginibus sanctis divinisque mysteriis [2]), per quas idola et bene faciendi et male vires habere potuissent", cf. et 24: „Statuas animatas sensu et spiritu plenas tantaque facientes et talia, statuas futurorum praescias eaque sorte, vate, somniis multisque aliis rebus praedicentes, imbecillitates hominibus facientes easque curantes" [3]), quos locos attulit, multaque

---

1) Fortasse verba „Quoniam ergo" et „multum — non" a scriba quodam Christiano inserta sunt, cf. L. Ménard, Hermès Trismégiste, trad. compl.², p. 167.

2) Non recte haec vertit L. Ménard p. 167 sq. (quam versionem attulit et Maspéro, Le double et les statues prophétiques, in „Ét. de myth. et d'arch. ég.", tom. I, p. 82—84): „Comme ils ne pouvaient faire des âmes, ils évoquèrent celles des démons ou des anges et les fixèrent dans les saintes images et les divins mystères", — dicendum erat: „par moyen de divins mystères" sive „consécrations", cf. e loco Originis modo laudato: ἵνα δόξῃ (sc. Sarapis) μετὰ τῶν ἀτελέστων τελετῶν — οὐχ ὑπὸ ἀγαλματοποιῶν μόνων κατασκευάζεσθαι θεός, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ μάγων et locum e Zosimo iam a Lobeckio allatum, Agl. tom. I, p. 729 sq., sc. Zos. V, 41: τὰ (i. e. ἀγάλματα) τελεταῖς ἁγίαις καθιδρυθέντα, ἐλαττωθείσης τῆς τελετῆς, ἄψυχα εἶναι καὶ ἀνενέργητα, et quae § 14 p. 56 de hac statuarum consecratione diximus.

3) Cf. Psellus, Quae de daem. sent. Gr. p. 40: Ἀγάλματά τε ὑφίστησιν (sc. magia) ὑγείας περιποιητικά.

de iis disputavit Augustinus, De civ. Dei, VIII, 23 sq. et 26. Ex Aegyptologis hodiernis fieri non potest, quin hic laudemus Masperonem, „Le double et les statues prophetiques" in „Étud. d. myth. e. d'arch. égypt." tom. I, p. 77—91; impr. p. 85: „Ces statues étaient animées, parlaient, remuaient, non point par métaphore, mais réellement. Il n'est pas possible de douter qu'au moins à Thèbes, au temps de la XIXe dynastie et des suivantes, les statues d'Amon ne fissent de véritables miracles. Les inscriptions nous montrent que, sous les derniers Ramessides, on n'entreprenait rien sans consulter la statue du dieu. Le roi, dans le sanctuaire, parfois même en public, s'adressait à la statue et lui exposait l'affaire; après chaque question, elle *disait oui de la tête très fort, par deux fois*". ib. p. 89: „Théoriquement, le *double* [1]), qui animait l'image, parlait et remuait: la consécration opérait dans la statue une sorte de transsubstantiation qui assouplissait les membres de pierre et leur prêtait une voix. Pratiquement, la statue parlait et remuait par des procédés mecaniques faciles à concevoir: si quelqu'un doutait de l'habileté des Égyptiens en ce genre d'opération, je le renverrai au passage où l'un des Héron décrit le procédé employé par leurs prêtres pour ouvrir la porte d'un temple, rien qu'en allumant le feu sur l'autel. Était-ce la vapeur d'eau ou l'air chaud qui agissait en cette occasion ? On peut se le demander: le fait certain est qu'ils employaient un moyen mécanique assez ingénieux pour produire ce pieux tour de passe-passe". Cf. et hic Berthelot, Les merv. de l'Égypte p. 272 sq. Admirationem tamen movet, non solum de plebe homines,

---

1) Hic „double", ut affirmat Maspéro, Le double et les stat. proph. p. 77: „était comme l'âme des statues représentant le mort".

sed et viros ingenio haud destitutos eiusmodi artificiis deceptos esse. Proclus e. g. qui „eruditione, quae illa aetate plurimi ducebatur, omnibus aequalibus praestabat" [1]), invictam animatis statuis habebat fidem, cf. In Tim. p. 240, 3 sq. Ed. Bas.: *οἱ τῷ ὄντι τελεσταὶ — διὰ χαρακτήρων καὶ ὀνομάτων ζωτικῶν τελοῦντες τὰ ἀγάλματα καὶ ζῶντα καὶ κινούμενα ἀποτελοῦντες*, ib. p. 287, 23—25: *τὸ τὴν τελεστικὴν καὶ χρηστήρια καὶ ἀγάλματα θεῶν ἱδρῦσαι — καὶ διά τινων συμβόλων ἐπιτήδεια ποιεῖν τὰ ἐκ μερικῆς ὕλης γενόμενα καὶ Φθαρτῆς, εἰς τὸ μετέχειν θεοῦ καὶ κινεῖσθαι παρ' αὐτοῦ καὶ προλέγειν τὸ μέλλον.*

1) Sic J. G. van Pesch, De Procli fontibus p. 41, qui de magna Procli doctrina deque egregia viri indole copiose disputavit, p. 39—43.

EPIMETRUM III.

ad § 21 p. 132 adn. 4).

Aegyptiacos magos vel vigilantium sensus sic afficere potuisse, ut ea se videre crederent, quae re vera nulla essent, apud antiquos fama ferebat. Heliod. Aeth. III, 16 [1]) *ἡ γοητεία* perficit *φαντασίας τῶν μὴ ὄντων ὡς ὄντων*. Quaestionum ad Orthodoxos scriptor, quisquis fuit, — Iustinum Martyrem certe eum non fuisse satis constat — miracula, quae Aegyptiaci *σοφοί* Moysis ac Aaronis opponerent miraculis [2]), ad eiusmodi praestigias refert, Qu. 26: *καὶ τὰ μὲν ὑπὸ Μώσεως γενόμενα θαύματα, ἅτε κατὰ τὴν θείαν γεγενημένα ἐνέργειαν κατὰ μεταβολὴν γεγένηται φύσεως τοῦ προκειμένου εἰς τὴν φύσιν τοῦ ἐκτελουμένου· τὰ δὲ ὑπὸ τῶν ἐπαοιδῶν γενόμενα κατὰ τὴν ἐνέργειαν ἐγένετο δαιμόνων τῶν φαντασαμένων τὰς ὄψεις τῶν ὁρώντων τὸν μὴ ὄφιν ὁρᾶν ὡς ὄφιν καὶ τὸ μὴ αἷμα ὡς αἷμα καὶ τοὺς μὴ βατράχους ὡς βατράχους*. Quomodo autem daemones diabolusque falsa haec efficiant miracula, Cyprianus magus in Confessione, quam § 15 p. 88 sq. attulimus, data opera exponit, ib. 5: *καὶ γὰρ ἐν πᾶσιν ἄστροις καὶ ἐν φυτοῖς, καὶ ἐν τοῖς τοῦ*

---

1) Plura ex hac paragrapho attulimus § 15 p, 84 adn. 1).
2) Exod. 7 sq. Cf. et hic Stoll, Sugg. u. Hypn. 271.

κυρίου κτίσμασιν ὁμοιότητας ἑαυτῷ παρέπλεξεν (sc. diabolus) *πρὸς πόλεμον Θεοῦ καὶ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ παραταττόμενος· δι' ὧν ἐδόκει τοὺς ἀνθρώπους πλανᾶν ὡς Θεός, μηδὲν ἔχων ἐν ὑποστάσει* [1]. *τὰ δὲ πάντα ζωγραφίᾳ σκιώδει οἰόμενος ὑφιστᾶν καὶ προβάλλεσθαι· ὅθεν ὅταν φαίνωνται ἐν μορφαῖς οἱ δαίμονες, διαλύονται· σπουδάζουσι γὰρ κἂν διὰ τῶν εἰκόνων δεικνύναι αὐτῶν τὴν ἐξουσίαν.* 6. Πῶς *δὲ ἔχει τῶν σκιῶν τούτων ὕλην ἐρῶ· ὅτι οὐκ ἄλλοθεν ἀλλ' ἢ ἐκ τῶν θυσιῶν. αἱ γὰρ ἀναθυμιάσεις ἐκ τῶν κνίσσων ἐκείνων γίνονται αὐτῷ, ὡς ἔριον καὶ λῖνον καὶ ἱστῶνες καὶ βάμματα, τέχνη τε ναοῦ καὶ ὄργανα· καὶ ἐν αὐτοῖς ἑαυτοὺς ἀμφιέννυσι ταῖς σκιαῖς αὐτῶν ἀντὶ μορφῶν χρώμενοι. διὰ τοῦτο αἰτεῖ θυσίαν, ἄχρι καὶ μύρμηκος, καὶ ὕδατα ἀπαιτεῖ καὶ ἔρια καὶ καρπούς, καὶ πάντα τὰ ἐπὶ γῆς, ἵνα ἔχῃ ἐν αὐτοῖς τῶν φαντασιωδῶν σκιῶν τὴν ἀπόχρησιν. ὥσπερ οὖν τῶν θανόντων τὰς μνήμας ἐμμόρφους ἔχομεν ἐν διανοίᾳ, καὶ ὁρῶμεν αὐτοὺς μὴ φαινομένους, καὶ μὴ ὁμιλοῦσι συνομιλοῦμεν, οὕτω καὶ ὁ διάβολος τῶν ἀφιερουμένων αὐτῷ τὰς μορφὰς ἀνατυπούμενος ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς ἑαυτοῦ περιτίθησιν, ὑετὸν διδούς, ἀλλ' οὐχ ὕδωρ· ποιῶν πῦρ, ἀλλὰ μὴ καῖον· διδοὺς ἰχθῦν, ἀλλ' οὐ τροφήν· καὶ χρυσὸν δωρούμενος, ἀλλ' οὐκ ἐνύπαρκτον. καὶ γὰρ ἐκ τῶν ἄλλων ὑλῶν συμμορφαζόμενος, πόλιν δείκνυσι καὶ οἴκους καὶ χώρας, ὄρη τε καὶ πατρίδας· ὡσαύτως καὶ πόαν καὶ ἄνθη καὶ ἔρια καὶ ἄνθινα ἁπλώματα καὶ ὀνείρων ὑπόστασιν δείκνυσιν. καὶ γὰρ*

---

1) Cf. Conf. Cypr. 3: *ὅλως γὰρ ἐστολισμένα εἰσίν* (sc. *τὰ δαιμόνια*), *ἀλλ' ὑπόστασιν οὐκ ἔχουσι*, quae et § 15 p. 89 exhibuimus. — Cf. et Psellus, De operat. daem. p. 33 ed. Boiss.: *ἀφικνοῦνται μὲν γὰρ ἀπ' αὐτῶν* (sc. *τῶν δαιμόνων*) *ἐπὶ τοὺς θρησκεύοντας αὐγαὶ πυρώδεις, οἷαι δή τινες αἱ τῶν διαττόντων ὑποδρομαί, ἃς θεοπτίας οἱ μεμηνότες ἀξιοῦσι καλεῖν, οὐδὲν ἐχούσας ἀληθές, οὐδ' ἑστηκὸς οὐδὲ βέβαιον (τί γὰρ ἐν δαίμοσιν ἐξοφωμένοις οὖσι φωτοειδές;)· ἀλλὰ παίγνια τούτων οὖσας, οἷα τὰ ἐν ταῖς τῶν ὀμμάτων παραγωγαῖς, ἢ τὰ περὶ τῶν καλουμένων θαυματοποιῶν ἐπ' ἐξαπάτῃ τῶν ὁρώντων γινόμενα.*

αὐτὸς ἐν νυκτὶ φαντάζει τὰς ψυχάς· καὶ ταῦτα μὲν ἐκεῖνος φαντάζει, οἱ δὲ ἀσεβεῖς ἄνθρωποι θεραπεύοντες παρασκευάζουσιν αὐτὸν καὶ ταῦτα ποιεῖν. In Pap. Parth. I, 106—110 — locus male vexatus, sed e quo facile, quorsum spectet, eruas — *πάρεδρος* eiusmodi oculorum ludibria exhibet: *καὶ ὅτε βούλει δε[ῖπ]νον ποιῆσαι, λέγε· πᾶν χώρημα εὐπρεπ[ῶς] θεωρήσας ////.... τούτῳ στρῶσαι ταχέως καὶ συντόμως εὐθὺς /////[..ησαι] χρυσόροφα δώματα, τοίχους τούτοις μαρμαρωθέ[ντα]ς· ὄψῃ ταῦτα· ἡγεῖται μὲν ἀληθῆ τόδε βλεπεσθαι· μον////[ινον] δὲ κτλ.* Quod sic vertit Parthey: „und wenn du willst ein Mahl anrichten, so sage: jeden Raum geziemend — schnell und unverzüglich, sogleich — goldbedachte Häuser, Mauern — schimmernde — du wirst auch dies sehn; man hält es für wirklich, aber es ist nur zum ansehen". Quas epulas inanes et Pases spectantibus apposuit, Apion. Oas. Frg. 28 in Frg. Hist. Gr. Ed. Müller, tom. III p. 515: *Ὁ δὲ Πάσης οὗτος μαλακὸς ἦν τὴν φύσιν, πάντων δὲ ἀνθρώπων ἐν μαγείᾳ διενήνοχεν, ὥστε ἐκ τῶν ἐπαοιδῶν αὐτοῦ καὶ δεῖπνα πολυτελῆ ὁρᾶσθαι, καὶ διακονουμένους τινάς, καὶ πάλιν ἀφανῆ τὰ πάντα γίνεσθαι.* Cf. denique Celsus ap. Orig. I, 68 qui miracula a Iesu edita non alius generis esse contendit, quam *τὰ ὑπὸ τῶν μαθόντων ἀπὸ Αἰγυπτίων ἐπιτελούμενα, ἐν μέσαις ἀγοραῖς ὀλίγων ὀβολῶν ἀποδομένων τὰ σεμνὰ μαθήματα καὶ δαίμονας ἀπὸ ἀνθρώπων ἐξελαυνόντων καὶ νόσους ἀποφυσώντων καὶ ψυχὰς ἡρώων ἀνακαλούντων δεῖπνά τε πολυτελῆ καὶ τραπέζας καὶ πέμματα καὶ ὄψα τὰ οὐκ ὄντα δεικνύντων καὶ ὡς ζῷα κινούντων οὐκ ἀληθῶς ὄντα ζῷα ἀλλὰ μέχρι φαντασίας φαινόμενα τοιαῦτα,* quique sic pergit: *ἆρ' ἐπεὶ ταῦτα ποιοῦσιν ἐκεῖνοι* (i. e. magi), *δεήσει ἡμᾶς αὐτοὺς ἡγεῖσθαι υἱοὺς εἶναι θεοῦ; ἢ λεκτέον αὐτὰ ἐπιτηδεύματα εἶναι ἀνθρώπων πονηρῶν καὶ κακοδαιμόνων,* e quibus quemadmodum et ex Heliodori verbis, quae in

initio huiusce epimetri attulimus, satis patet, has praestigias magno in honore non fuisse, sacerdotesque igitur, si in ἁγιωτάταις τελεταῖς eiusmodi imagines deorum inanes spectatoribus obtulerint, tunc quoque, secundum antiquorum opinionem, vel daemonum auxilio vel fraude, etsi subtiliore quadam, usos fuisse.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

---

p. 15 adn. 1): Antonius. Leg. „Antonins".
p. 25 adn. 4): p. 162. Leg. 164.
p. 26 sdn. 3): VIII, xiv, 12. Leg. VIII, xv, 1.
p. 34, 3: turba. Leg. „pompa".
p. 38 adn. 4: p. 328. Leg. p. 323.
p. 48, 10: proporerentur. Leg. „proponerentur".
p. 50 adn. 1): *θέα*. Leg. „*θεά*".
p. 52, 24: pecus. Leg. „pecua".
p. 52, 27 et 30: Pamphyles. Leg. „Pamphiles".
p. 55, 15: § 8 p. 26 adn. 3). Leg. „§ 8 p. 26 adn. 8)".
p. 57, 1: ritu. Leg. „ritus".
p. 57, 12: 12. Leg. „11 sq.".
p. 57, 13: *καλέσῃ*. Leg. „*καλέσῃς*".
p. 57 adn. 1): *μονὰς*. Leg. „*Μονὰς*".
p. 58 adn. 1): *οἱ* del.
p. 60, 15: Ecl. VII, 73 sq. Leg. „Ecl. VIII, 73 sq.".
p. 61, 10: 3. Leg. „2".
p. 61, 22. Quod v. 184 sq.: attuli, errori debetur. Invenies hunc locum in Gr. Eg. frg. o. Mag. Ed. Goodwin, p. 8. Pro „*Φρικτὸς δὲ ἀκροᾶσθαι*" DIETERICH restituit „*Φρικτὸς δ' ἀίειν*".
p. 64, 4: IV, XXVI, 6. Leg. potius: IV, XXVI, 8. Usus enim sum editione, quam praebuit v. cl. SCHUBART in Bib. Teubn.
p. 72, adn. 1): *αὑτοματον*. Leg. „*αὐτόματον*".
p. 88: dicipere. Leg. „decipere".
p. 93, 19 sq.: *ἐπεὶ δὴ*. Leg. *ἐπειδὴ*.

THESES.

THESES.

I.

Ex Apulei Met. XI satis patet, Isiacas teletas non esse eodem habendas loco quo Eleusiniacas.

II.

Festum mysticum ab ipsa initiatione distinguamus oportet.

III.

Singulis in Isiaceis — Apulei certe temporibus — pauci tantum ad mysteria admittebantur.

IV.

Virgilii Aeneïdos libri sex posteriores, quod ad artem poëticam attinet, prioribus sex praestare videntur.

V.

De Lucano poëta iudicium tulit iniquissimum D. NISARD in „Études de moeurs et de critique sur les poètes latins de la décadence, Vol. II".

VI.

Lucanus Phars. X, 20—46 Q. Curtii Rufi historiam Alexandri Magni, quam probe notam habuit, perstrinxit.

VII.

Recte v. cl. FRIEDLÄNDER in fine egregiae de Seneca philosopho disputationis, Historische Zeitschrift, tom. LXXXV 1900 p. 249, observat: „Dass Seneca — von keinem Auferstandenen gewusst hat, zeigt allein schon, dass er vom Christentum ganz unberührt geblieben ist".

VIII.

Minus recte vir in historia conscribenda facile princeps, L. VON RANKE, de Tacito haec observavit, Weltgeschichte, tom. III fasc. 2 p. 317: „Allem, was er erzählt, giebt er durch seinen Begriff von Tugend und Ehre, der ihm immer vorschwebt, einen gewissen Schwung".

IX.

C. Plinii Caecilii Secundi et Traiani epistolae de Christianis (Plin. Ep. X, 96 sive 97 sq.) si genuinae sunt, Taciti

de Christianis locus (Ann. XV, 44) iustam movet fraudis suspicionem; si hic integer, epistolae illae Plinio et Traiano sunt abiudicandae.

X.

Tac. Ann. VI, 50: „Iam Tiberium corpus, iam vires, nondum dissimulatio deserebat".

Lege „vires, iam vita" pro „corpus, iam vires".

XI.

Apul. De deo Socr. 20: „At enim secundum Pythagoricos mirari oppido solitos, si quis se negaret unquam vidisse daemonem, satis, ut reor, idoneus auctor est Aristoteles".

Deleatur „secundum".

XII.

Tert. Adv. Valent. 1: „Ceterum tota in adytis divinitas, tota suspiria epoptarum, totum signaculum linguae, simulacrum membri virilis revelatur".

Vestigia secutus J. Pamelii, hic legendum suspicor „tota siparia portarum" pro „tota suspiria epoptarum".

XIII.

Hom. Il IX v. 188 = 290 deleatur.

XIV.

Thucyd. VI, 27: Ἐν δὲ τούτῳ, ὅσοι Ἑρμαῖ ἦσαν λίθινοι ἐν τῇ πόλει τῇ Ἀθηναίων [εἰσὶ δὲ κατὰ τὸ ἐπιχώριον ἡ τετράγωνος ἐργασία πολλοὶ καὶ ἐν ἰδίοις προθύροις καὶ ἐν ἱεροῖς] μιᾷ νυκτὶ οἱ πλεῖστοι περιεκόπησαν κτλ.

Verba uncis inclusa ut glossema expungenda sunt.

XV.

Frg. de an. ap. Stob. Flor. IV p. 107 M. haud dubie Plutarcho tribuendum est.

XVI.

Luciani de Alexandro Abonoteichiensi libellum non omni ex parte fide dignum esse iure contendit v. d. Thimme, Philol. XLIX p. 507 sqq.

XVII.

Vox „φάσμα" in re mystica ad statuas referenda non est.

XVIII.

Porph. De abst. IV, 16: παραγγέλλεται γὰρ Ἐλευσῖνι ἀπέχεσθαι καὶ κατοικιδίων ὀρνίθων καὶ ἰχθύων καὶ κυάμων ῥοιᾶς τε καὶ μήλων, καὶ ἐπίσης μενίανται τό τε λέχους ἅψασθαι καὶ τὸ θνησειδίων.

Lege: καὶ ἐπίσης μεμιάνθαι τόν τε λέχους ἁφάμενον καὶ τὸν θνησειδίων.